









1693.

17. Muellerus, Joannes Taculus: De jure feodali, occasione libri Gratiani III c. 3 § 5 et seqq.
18. Muellerus, Petrus, Decanus Collegii juris Dni lectori s. A. o. (ad Disputationem in aug. Christiani Gullpridi Langii invitat).
19. Muellerus, Petrus, Collegii juris Dni . . . Decanus lectori s. et. o. (ad Disputationem Danielis Eusebii Tacgeri invitat)
- 20^{a et} Muellerus, Petrus: De causis dubiis . . . 2 Sumpt.
1693 - 1705.
21. Muellerus, Petrus: De usura jure.
22. Muellerus, Petrus: De furto domestico.
23. Muellerus, Petrus: De providentia majorum.
24. Muellerus, Petrus: De solutionibus.
28. Muellerus, Petrus: De affectionibus feudi proprii
- 26^{a et} Muellerus, Petrus: De citatione subdiciali . . .
2 Sumpt 1693 - 1750.

1693.

27. Schroeterus, Christianus: De litis renunciatione
28. Schubertus, Georgius: de statu liberorum, infans et illegitimos.
29. Hevoglius, Dr. Philippus, Collegii juris Dni decanus: Program-
ma . . . lectioni inaug. et l. 20. C. de praemis praemissum
(ad Disputationem inaug. Dr. Christiani Kummelii invit.)
30. Hevoglius, Dr. Philippus, Collegii juris Dni . . . decanus:
Programma . . . lectioni inaugurati praemissum (ad
Disputationem inaug. Thom. Jo. Christiani Wffelmanni
invitat)
- 31^{4. 12.} Hevoglius, Dr. Philippus: De allodialis investiturae revo-
catione. 2 Sept. 1693 ~ 1742.
32. Hevoglius, Dr. Philippus: De alienatione domus prohibita.
33. Wedelius, Georgius Wolffgangus: De nyctalopia.
34. Wilhelmius, Christianus: De aenigmatibus legum ad l. 12.
C. de leg. b. Programma invitatorium (ad Disputationem
inaug. Dr. h. Ernesti von der Lage, Joh. Christiani Schuis, J.
Francisci Henrici Matthies, Franchini Walters invit.)

1693.

35. Wildvoegelius, Christianus, Collegii juris Nesi Decanus:
De aprietibus juris et l. 29 54 mandata. programma
in unguemall.

36. Wildvoegel, Christianus: De decrements.

37^{a, b, c} Wildvoegel, Christianus: De jure embryonum.

3 Exempl. 1693, 1716 & 1735.

38. Wildvoegel, Christianus: De protectionis censu



8.

1693,20
5

C. D.
DE

CAVSIS DVBIIS

Von

Zweifelhaften Fällen

PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO, JCTO
CONSILIARIO SAXONICO, ANTECESSORE
COLLEGIHQVE JVRIDICI DECANO
IN AVDITORIO JCTORVM

AD D. XIIX. JANVAR. M DC XCIII.

disputabit

JOHANNES LIBORIVS Arnold/
LVZENA-MISNICVS.

JENÆ,

Typis PAULI EHRICHII. 1705.





C. D.
L.
CAVASIS DVBIIS

Inoffensivsten Regeln

PETRO MILLERO, I.C.T.O.
CONSILIARIO SAXONICO ANTECESSORE
COLLEGIUM HONORARIUM
IN ABBATIA S. JOHANNIS

IOHANNES LEONHARDUS
LIZENA-MEDICVS





C. D.

PROOEMIUM.



Xantlatis feliciter per Dei gratiam laboribus academicis, de publico, Lector candide, eruditionis legalis specimine elaborando cogitandum mihi erat. Sed dum in dubio erat animus paulo momento huc atque illuc me impellebat, ut proinde non dicam in bivio, sed potius in trivio, imò quadrivio diu constitutus fuerim, nescius, quamnam in vastissimo juris campo materiam præ cæteris mihi seligerem elaborandam. Tandem diu hæsitanti & fluctuanti se obtulit hæc de *Causis Dubiis* tractatio, utpote in foro & praxi non infrequens. Itaque secutus sum hac in re monitum Imperatoris nostri, qui, ea, inquit, excutienda atque attingenda sunt, quæ quotidiana sunt usumque in humana vita præbent maximum. *l. i. ff. d. suspect. tutor. & curator. l. 25. ff. d. liberat. legat.* Et quamvis non ignorem, me materix dignitati & Lectoris desiderio haudquaquam satisfecisse, attamen persuasum mihi habeo, me facile à quovis impetraturum esse veniam, si revocetur in mentem, quòd nimis superbe dedignetur

gnetur mortalitatem, qui peccare erubescat: nam κελδος Θεός
 κελτος & μόνος εὐθεσίων ὄρεα. Interim

*Tu, qui regendo fata singis gentibus,
 Caputque cordis sanctus inter sidera,
 Fac scripta nostra scripta glorie tuae,
 Et me placere conditori temporum
 In ceteris bonos precabor arbitros.*

ONOMATOLOGICA.

SVMMARIA.

- I. Investigatio nominis necessaria est. II. Undè derivetur
 causa. III. Quomodo accipiatur apud Philologos. IV.
 Quomodo apud JCtos. V. Quomodo hic. VI. Synony-
 mia exponitur. VII. Divisio. VIII. Unde dicatur dubi-
 us. IX. Quanam acceptio sit hujus vocis apud Philologos.
 X. Apud JCtos. XI. Et quanam hujus loci. XII. Syno-
 nymia tractatur. XIII. An detur verbum ambiguum. s.
 XIV. Definitio realis.

THES. I.

QVemadmodum merito atque optimò jure reprehendendi vi-
 dentur, qui sapius & frustra de inani verborum cortice sunt
 solliciti, cum sensum potius attendere debuissent; ita è contrario
 maximopere laudandi, qui in omni quidem re semper priorem
 verborum, potiore tamen rerum habent rationem, rati, derivatio-
 nes verborum non tantùm pertinere ad pertinaces Grammaticos,
 verùm etiam ad JCtos. l. i. ff. de Justit. & jur. l. i. S. i. ff. de pact. l. i. ff.
 de reb. cred. l. i. ff. de furt. & tor. tit. ff. & Cod. de V. S. Tabor in arma-
 mentar. Jusin. Exercitat. i. in Prothecor. de armis in genere. n. i. Omnis
 enim scientia incipit à cognitione vocabulorum, ut ex Bald. it.
 Fulv. Pacian. de probat. lib. i. cap. 55, in fin. neque secundum illud
 Scho-

Scholastici intelligitur quid rei, nisi prius intelligatur, quid nominis; siquidem verba sunt instrumenta, quibus res significantur, & nisi homines convenirent in significatione nominum, non posset de rebus inter eos esse disputatio. Matth. Stephan. *de juridict. lib. x. cap. 1. n. 9.*

TH. II. Derivatur autem vocabulum *Causa* variè nec constanter: à quibusdam enim à *quæso*, quasi quæstia, sive quæstio vel res, quæ queritur, propterea quòd C. & Q. sint cognatissima literæ, ut altera in alteram vertatur, ut à quatio concutio; à nonnullis à *chaos*, detractâ aspiratione, ideo quòd confusa illa materia prima omnium rerum causâ fuerit; ab aliis à græco verbo *καίωσις*, quod denotat ardorem sive incendium, quod causâ sit, quæ nos accendit atque impellit ad aliquid agendum; à nonnullis à *Cavendo*, quòd ea sit, quæ cavet, ut aliquid agatur, aut non agatur; à quibusdam à *casu*, quod initia vel origines rerum, quæ cause sunt, casu eveniant. Martin. in *Lexico Philolog. sub vocab. causa*. Glauberg. *Ontosoph. sect. 7. §. 7.*

TH. III. Et accipitur à latinis Scriptoribus tam variè, ut Martin. *d. l.* ab initio conqueratur, vocabulum *Causa* valde esse æquivocum, ita ut non facillè videas, quæ sit prima ejus significatio; sed tandem argumat, causam primò dici de re (vel negotiò, Handel/ Sache/ Geschâffte) quæ in quæstionem venit, deinde de principio, propterea, quòd res ea, thema, status sit origo omnium, quæ deinceps tractantur. Cicero in *Top.* & ex eo Vossius *Instit. Orat. l. 1. c. 1. sect. 2.* *Causam* pro materia orationis maximè propria sive quæstione finita accipit, ubi, *quæstionum*, ait, *duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum, definitum est, quod Græci vocant, nos causam.* Gell. *lib. 5. cap. 9.* pro lite, eique conjicere, constituere sive consistere causam idem est ac litem, ut JCI loquuntur, contestari. Terentius in *Eunuch. act. 5. Sc. 6. v. 30.* pro occasione, dum dicit: *nam jamdiu aliquam causam querebat senex, quamobrem insane aliquid faceret is.* Cæsar *lib. 3. de Bello Civili cap. 37.* pro prætextu: *nam annon, ait, audistis ex iis, qui per causam valerudinis romaniserunt.*

TH. IV. Multifariè quoque, sed aliter accipitur à JCis: ac quidem modò generaliter pro omni commodo omnique emolumentum.

mento, quod ex re percipi potest; hinc rem restituere cum omni causa dicitur, qui restituit omne illud, quod habiturus esset actor, si eò tempore, quò iudicium accipiebatur, res restituta fuisset. *l. 9. §. pen. & fin. ff. ad exhib. l. 5. §. 5. ff. si ususfruct. per. l. 20. ff. de R. V. & sic pro fætu & partu etiam l. 8. ff. de usur. modò pro lite; sic causâ cadere à debitore creditor dicitur, qui adversus eum expertus succubuit, sive litem perdidit. §. 33. I. de act. l. 95. §. pen. ff. de solut. modò pro negotio. l. 1. ff. de oblig. & act. modò pro onere. l. 67. ff. de contrab. emt. l. 12. C. de distraçt. pignor. l. un. C. rem alienam gerent. l. 13. §. 1. ff. de acquir. poss. l. 1. §. quia. ff. de vi & vi armat. modò pro contractu. §. unde iis in causis. I. de auctor. tutor. Nec pro contractu tantum, sed & pro omni obligatione etiam ex delicto descendente. l. 11. ff. de V. S. Denique pro titulo debiti, actionis, domini, possessionis l. 32. ff. de privileg. cred. l. 3. §. 4. ff. de acquir. vel amitt. poss. pro querela. l. si quis filium. 34. C. de inoffic. testam. Specialiter pro proprietate. l. 24. in f. ff. de P. V. it. pro ratione finali, quæ movet aliquem ad faciendum, vel non faciendum; omnia enim denominanda sunt à fine, propter quem nomen accipiunt. l. 16. §. 2. ff. de pæn. l. 2. ff. de pact. & lit. ff. de condic. caus. dat. caus. non secut.*

Th. V. Sed harum acceptionum nulla ad nostrum scopum aliquid facit: hic enim sumitur pro questione sive casu, quam acceptionem quoque approbat *l. pen. §. Priscianus. ff. de his que in testam. del.* ibi enim dubium exoriebatur, num inductis hæredum nominibus libertates & legata deberentur, hac de re quærebatur & controversum erat inter quosdam Advocatos apud Imperatorem.

Th. VI. Synonyma Causæ sunt lis, controversia, quamvis, si rem paulò accuratius nobiscum perpendamus, aliquod superfit inter hæc vocabula discriminis, ita ut vocabulum controversia (adde & contentionis) sit generale, litis autem & causæ specialiora, quæ involvant respectum ad iudicium, & hoc quidem, præsertim ex usû hodierno, totam apud iudicem institutam controversiam tam ante, quam post contestationem litis, denotet, illud autem instantiam à lire contestata demum vel constituta usque ad sententiam. *Junij. l. 25. §. 7. ff. de hered. petit. Vultej. de iudic. l. 3. c. 1. n. 44. seqq.*
Gædd.

Gædd. *ad l. 36. ff. d. V. S. n. 5.* Alii aliter distinguunt, dicuntque causam de omnibus, tam criminalibus, quam civilibus usurpari, litem verò de civilibus tantum. *arg. l. 16. C. de transact. l. 36. ff. de V. S. l. 1. §. 1. ff. de test.* Quicquid verò sit, fatendum tamen est, in sermone vulgari hæc sæpius confundi, exemplum est in *l. 73. §. 2. ff. de judic.* Zanger. *de Except. p. 1. c. 1. §. 3. seqq.*

TH. VII. Dividitur Causa in bonam & malam. Illa est, quæ litigando adversarium justè & legitime; hæc, quæ non justè & legitime vincimus, *l. 30. ff. de liber. leg.* It. in civilem, criminalem & mixtam, nec non in lucrativam & onerosam. *l. 5. ff. de usucap.*

TH. VIII. Succedit nunc vocabulum *dubii*, græcè ἀμφίβολος, εἰρησ, quod videtur quidem deduci posse ab antiquo verbo *dubio*, as, quò antiqui usi sunt pro *dubito*, sic Plautus: *dubiat*, quid agat. Sed rectius pro primitivo habetur, derivans ex se *dubitare* verbum, & *dubitationem*.

TH. IX. Varii & hujus vocabulì accipiendì modi inveniuntur apud Latinos multi: sic Florus *l. 2. c. 12. vers. 5. per acerbos dubiosque tumulos illa, quæ volucris quoque videbantur in via*, accessisse memorat, i. e. nimis periculosas & nondum exploratas; quandoque etiam accipitur pro *incipiti periculo*; in *dubium* enim venire idem est, quod in *discrimen* adduci, & *salus dubia* dicitur ea, quæ in *periculo* versatur; *cæna verò dubia*, cum tanta apponitur ciborum copia, ut *dubites* propemodum, quid potissimum capias *carpasque*; *dubius dies*, cum nondum plenè lucet, *exortò die*; *res dubia*, i. e. *adversa*; *dubia sydera*, quæ adventante luce malignè apparent.

TH. X. Aliter atque aliter hoc vocabulum accipitur apud JCtos: his enim *dubius* in *fide* dicitur *infidelis* *cap. 1. X. de heret.* *dubius* *eventus litis*, i. e. *incertus*. *l. 51. ff. de pecul.* *dubius hæres*, dum *dubitat*, utrum *adeat hereditatem*, nec ne; *dubia res*, i. e. *res semiplenè probata*. *l. 31. ff. de jurejur. it. incerta. l. 1. ff. de transact. Constit. eord. nobis. de emendat. Cod. §. 3.*

TH. XI. Quæ tamen *accepciones* non sunt hujus loci: sed hic accipitur pro eo, quod *plura significat* vel *ratione æquivocationis* *l. 80. ff. de oblig. & act.* vel *ratione generalitatis* *l. 40. in f. ff. de j. fisci* & *l. 7. ff. de injur.* vel *ratione alternationis*, cum *oratio alter-*

alternativè concipitur. *d. l. 7. §. 4.* vel ratione indefiniti aut obscuri sermonis &c. Tusch. *Conclus. pract. 802. n. 6.* Befold. *p. 1. Conclus. 7. n. 57.* Richter. *cent. regul. 3.*

Th. XII. Synonyma dubii sunt ambiguum, anceps, obscurum, perplexum, controversum, incertum & ignotum, quæ tamen propriè differunt. Et quidem dubium & obscurum sic: in dubio enim plura apparent, quorum quid potius accipiendum sit, ignoratur, in obscuro verò aut nihil, aut parùm, quid attendatur, apparet, sive obscurum est, quod nullò modò, dubium, quod duobus vel tribus modis intelligi possit, in illo quid actum sit, in hoc, utrum dictum sit, quaeritur. Itaque in dubio apprehendi quidem possunt aliqui sensus, sed quis sit tenendus, ignoratur, in obscuro verò omnia sunt in occulto. Gothofred. *ad l. 21. ff. de contrab. emt. l. 114. ff. de R. J.* Quam tamen subtilem differentiam juris nostri Auctores non semper observant, uti colligitur ex *l. 39. ff. de pact. & cap. ult. X. de Constit.* & quidem ideo, quod obscuritas ambiguitatem & dubitationem, incertitudinem, perplexitatem necessariò sequatur, ita ut nihil dubium esse possit, quod non idem obscurum sit, quanquam id, quod obscurum est, statim etiam dubium esse necesse non sit, cum ex pluribus aliis causis obscuritas oriatur, Cardinal. Mantic. *d. 1. ac. & amb. convent. L. 1. t. 15. n. 7.* Gothofred. *ad l. 9. ff. de R. J. De cæterorum vocabulorum differentiis videantur Lexica Juridica suis locis.*

Th. XIII. Cæterùm, quod attinet quaestionem, an detur verbum ambiguum? Dubiam fecere hanc quaestionem Chrysippus, qui omne verbum naturà ambiguum esse dicit, ideo quod ex eodem duo vel plura accipi possint, & Diodorus, cognomentò Crono, qui, nullum, inquit, verbum est ambiguum, nec quisquam ambiguum dicit, aut sentit, nec aliud dici videri debet, quàm quod se dicere sentit is, qui dicit, at cum ego, ait, aliud sensi, tu aliud accepisti, obscure magis dictum, quàm ambiguum videri potest: ambigui enim verbi illa natura esse debuit, ut, qui diceret, duo vel plura diceret, nemo autem duo vel plura dicit, qui se sentit unum dicere. A. Gell. *L. 11. N. A. cap. 12.* Sed Affirmanda est quaestio, & Resp. quanvis intentio & sententia ambigua verba proferentis non possit nisi simplex esse. *l. 3. ff. de reb. dub. l. 125. ff. de R. J.* nihil tamen im-

impedimento est præter intentionem loquentium aliam significatio-
nem verbis ex consuetudine loquendi aliorum adharere.

TH. XIV. Cum verò omnis, quæ à ratione suscipitur de ali-
qua re institutio, debeat à definitione proficisci, ut intelligatur, quid
sit id, de quo disputetur, monitò Ciceronis, igitur Causam dubiam sic
describo; quòd sit quæstio anceps, de qua quidem deliberamus ani-
mò, nescii tamen, in quamnam partem inclinemus, quod distraha-
tur assensus in diversa propter æqualitatem, saltem apparentem,
rationum.

VNDE
CAUSA FIAT DVBIA.

SVMMARIA.

- XV. *Causam dubiam facit humanarum rerum conditio & na-
tura vaga.* XVI. *Involutus vocabulorum intellectus.*
XVII. *Propria vocis significatio ad sensum figuratum
translata.* XVIII. *Studium nimie brevitatis.* XIX.
Abundantia & superfluitas verborum. XX. *Si quid lite-
ris non adeo claris & perspicuis prolatum sit.* XXI. *Si
perplexitas adsit.*

THES. XV.

HUjus autem ambiguitatis quasi naturalis cum primis videtur es-
se causa rerum humanarum conditio & natura vaga, incerta,
dubia regulamque infallibilem ob infinitas maximèque varias cir-
cumstantias minimè admittens; deinde iudicii humani infirmitas, in
rebus humanis, sæpè in abstracto latentibus, rectè dijudicandis à veri-
acè iusti tramire non raro aberrans & in vasto dubitationis pelago huc
illuc fluctuans. Adest enim vel ambiguitas singulorum verborum,
vel ambiguitas, quæ provenit ex totius orationis contextu, vel adfunt
verba usui & consuetudini loquendi præsentis minus congruentia,
scilicet si vetustate temporis antiquata sint & obsoleta. Quæ verba
quàmquam in loquendo scribendoque summò studio vitanda sunt,
cognitio tamen illorum & interpretatio magnum usum habet maxi-
mèque

mèque necessaria est in illis, quæ, cum aliquando luce meridianâ clariora & usitata fuissent, postmodum verò multorum annorum lapsu obliterantur, ita ut deinceps non multùm ab ænigmate distent. *l. un. C. de nud. jur. Quir. toll.* Præclara est de his Dissertatio apud Gellium *N. A. 20. 1.* Sexti Cæcili, qui in disciplina juris atque legibus Populi Romani noscendis interpretandisque scientiâ, usque auctoritateque illustris fuit, obscuritates, inquit, Legum XII. Tabb. non assignemus culpæ scribentium, sed incitiis non assequentium, quanquam ii quoque ipsi, qui, quæ scripta sunt, minùs percipiunt, culpâ vacant. Nam longa ætas verba atque mores obliteravit, quibus verbis moribusque sententia legum comprehensa est. Verissimum quoque est B. Dannhaueri judicium in *Idea boni Interpret. i. sect. 2. art. 4.* qui non aliam causam esse putat, ob quam Corpus Juris non ab omnibus illico, cum legitur, intelligitur, quàm quia nostri homines plerumque ad suævi sunt ad vulgarem illam & quotidie occurrentem latinitatem, proprietates lingue latine, phrasas & idiotismos clarissimos non percipiunt. Quod judicium sequitur & maximore laudat Rebban. in *dedicat. Hodegr. p. m. 7.*

Th. XVI. Ex eâ quoque causa dubia fit, si involutus sit vocabulorum intellectus, si vocabula sint peregrina, vel si eorum vis ad duas vel plures res æqualiter pertineat, sicut vox generis pertinet ad omnes species sibi subjectas. *l. 66. §. 3. ff. de legat. 2.* ut puta in legato generis, veluti equi, antequam certus equus electus sit, dubium omnino est, quis debeatur. *l. 108. §. 2. ff. de leg. 1.* Eodem modò se res habet cum iis, quibus idem nomen est, ut si quis plures Stichos habens Stichum legaverit, ex verbis hujus legati neutiquam conjici potest, quid testator velit. *l. 32. §. 1. ff. de leg. 1.*

Th. XVII. Cæterùm causam dubiam facit propria vocis significatio ad sensum figuratum translata, ita ut eadem vox modo propriè, modò impropiè accipiatur. vid. *l. 52. §. 7. ff. de legat. 3.*

Th. XIX. Quandoque studium nimix brevitatæ (ut si omiſsa sint ea, quæ sensum orationis plenè absolvunt) facit, ut sensus sæpiſsimè fiat dubius & obscurus. *l. 106. ff. de leg. 1. l. 67. §. 9. ff. de leg. 2. l. 10. C. de fidei commiss.*

Th. XIX.

✿ (II) ✿

TH. XIX. Interdum abundantibus & superfluis verbis plurimum tribendum est; ut si mutant substantialia, si faciant verborum intellectum æquò plus intricatiorem, obscuriorem quæstionemque inducant voluntatis. *l. 52. §. 6. ff. de aur. & arg. leg. l. 12. §. 46. ff. de fund. instruct. vel instrum. leg. l. 9. pr. ff. de supell. leg. l. 49. ff. de R. J. l. 82. C. de testam.*

TH. XX. Non rarò quoque exinde fit causa dubia, si quid literis non adeò claris & perspicuis prolatum sit. *l. 11. §. 3. ff. de instit. auct. si quid signis sive notis inconsvetis vel compendiosis ænigmatibus, neglectâ consvetâ literarum consequentiâ, fuerit conscriptum, l. 1. §. 13. l. 2. §. 22. Novell. 73. c. 6.* si scriptura lituris, inductionibus sit repleta, vel aliò quolibet modò ita cancellata, ut vix legi sensusque aptus ex hac erui possit. *l. 1. seqq. ff. de his que in testam. del. l. 1. ff. si tabb. testam. ext. vel si hæc ab initio scribentis incuriâ & negligentia, aut ex post facto temporis injuriâ mutilata sit. l. 67. §. 9. l. 77. §. 22. ff. de leg. 2. l. 7. C. de testam.* Interdum etiam lectio, quantumvis sana & recta, quod ad voces attinet, solâ interpunctiõne laborat. Exemplum memorabile vide in *l. 3. ff. de offic. Prætor. plura apud Jacob. Gothofred. in diff. ad istam legem.*

TH. XXI. Nonnunquam etiam sermo in se suaque naturâ factis perspicuis ex accidenti dubius fit, quale quid evenit in perplexis, quorum unius intellectus per concursum alterius impeditur, vid. *l. 88. pr. ff. ad L. Falcid. l. 16. ff. de condit. instit. l. 36. pr. ff. de leg. 1. l. 9. ff. de V. O.* In contrariis; quoties inter se vel duæ oratione, vel oratio & demonstratio quævis alia pugnant. vid. *l. 188. ff. de R. J. l. 13. §. 3. ff. de reb. dub. l. 24. §. 3. ff. de leg. 1. l. 14. C. de fid. instrum. l. 5. C. de bon. que liber.*

DE
PERSONIS
QUÆ DVBITARE POSSVNT,
VEL NON.

SVMMARIA.

XXII. Dubitare nequeunt Furiosi. XXIII. Mente capti.
XXIV. Melancholici. XXV. Senes decrepita atatis.
XXVI. Immodicè irati. XXVII. Infantes. XXIII.
Impuberes & pupilli infantiâ majores. XXIX. Dormi-
antes. XXX. Summè ebrii. XXXI. Benè tamen ii,
qui rationes ex utraque parte æquales pendere pos-
sunt.

THES. XXII.

Minimè verò dubitare possunt propter fati infelicitatem insa-
ni five furiosi, cum horum actiones sint quidem actiones ho-
minum, non humanæ, sicuti loquuntur Philosophi, addat. We-
senbec. ff. ad L. Cornel. de sicar. horum enim mens se ipsam
non noscit, miserabilisque ignorantie infortanio premitur.
Novell. Leon. 112. ut hinc absentis locò habeantur. l. 2. §. 1. ff.
de procurator. & quiescentis. l. 2. §. 3. ff. de jur. codicill. imò com-
parentur ignorantibus. l. 12. ff. de reb. cred. nec ratum habere pos-
sunt. l. 2. §. 1. ff. de procurat. Quod tamen limitatur in commodis,
ubi de ratione contradictionis non apparet. Castrens. Consil. 174.
Hormold. R. 7. r. 1. p. 932. vel quando non requiritur verus con-
sensus. l. 2. §. f. ff. solut. matrim. secus si requiratur, l. 2. §. 3. ff. de
jur. codicill. his enim in casibus habentur pro consentientibus, in
reliquis verò, cum judicio careant, l. 22. ff. §. 7. sol. matrim. per omnes
& in omnibus absentis locò habentur. d. l. 2. §. 3. ff. de jur. codicill.
ubi jura in specie præsentiam non requirunt. l. 2. ff. de procurat.

Th. XXXIII.

Th. XXIII. Quoad rem nostram ab insano sive furioso non differunt stulti sive mente capti: nam, quicquid de furioso dicitur, & hoc de mente capto predicatur. *gl. in §. furiosi. l. qui restam. fac. poss.* utputa qui conjunguntur in *l. 28. C. de Episcop. aud.* & differunt saltem in eo, quod furiosus dicitur, qui animi rabie agitur atque vexatur, & ob id furiosus dicitur, quasi mens extra se feratur, unde mentis emotæ dicuntur, qui furore agitantur, stultus verò sive mente captus, qui eò morbò laborat, quem Græci vocant *νίσησιν*, cum sc. pars animæ rationalis vitata est, sive mente captus est, cui deficit mens & consilium animi, nullum tamen furorem ostendens, sed quietè agens; insanus est, qui utrumque genus constituit. *Menoch. Consil. 82. n. 197. Mascard. Conclus. 1048. n. 1. Giphani. in explan. §. 4. j. de Curator. vid. & M. Tull. L. 3. Tuscul. quest.* quod tamen ad Moriones, quos grossolanos & grossios, vulgò *Stoek, Narren* vocant, non est extendendum. *Heig. 9. 38. n. 29.* bene autem ad phreneticos & omnes, quorum mens oblesã est depravatis aut infirmatis ejus actionibus *Gædd de contrab. & commit. stipul. Conclus. 7. n. 9.* Quicquid verò sit, fatendum est, furiosos & mente captos convenire in eo, quod æquè unus atque alter lumine & sensu bonò careat ideoque ritè dubitare non possit: eorum enim argumentum sapissimè à pari procedit. *l. 25. C. de nupt. l. 2. C. de curat. furios.* atque ex iisdem signis quis aut mente captus aut furiosus plerumque probatur. *Mascard. d. l. n. 2. seqq.* Non tamen eodem jure censerì quò furiosus in univèrsum nequit. *l. 2. C. de procurat.*

Th. XXIV. Mente captis æquiparantur melancholici, qui itidem catalogò insipientium, & quorum mens non spontaneò motu ad aliquem actum regitur, inferendi sunt. Nec obstat, melancholiam à quibusdam coteri ingenii vocari; conceditur enim hoc de mulancholia naturali & temperata, secus de supernaturali & excedendi, quã humor atræ bilis & noxius vapor obsidet mentem & functiones intelligentiæ & officia rationis impedit, ut homo vel loquatur, vel committat absurda, immania & crudelia eaque omnia cum metu & tristitiã. *Gædd. c. 11. Conclus. 9. n. 4. & n. 106.*

Th. XXV. In numerum horum, qui dubitare nequeunt, referendi quoque sunt senes sc. decrepitàtatis, qui bonam partem



consilii & mentis propter senectutem amiserunt, non omnes indifferenter: multi enim senes, experiētiā teste, eō pollent iudiciō eāque perspicacitate & sapientiā, ut paria faciant juvenibus. Itaque senectus non est æstimanda ex numero annorum, sed ex debilitate mentis & sensuum etiam in delictis pro arbitrio iudicis, ut recte sentit Jacob. Menoch. *de arbitrar. iudic. quest. l. 2. cas. 59. n. 2. & seqq.* & de iis dicitur, quod his sint pueri sensumque habeant puerilem, ut probè dixit Accursius in *l. senectus C. de donat.* senectus enim altera adolescentia & pueritia est; siquidem senes omnibus modis in pueritiam resolvi rursusque ad initium reverti videntur.

TH. XXVI. Porrò excluduntur irati immodicè & ex iusta causā: hi enim in totum à mente alienati sui non sunt, prout ait Luc. de Penn. in *l. omnes omnino. C. de decur.* ira enim furor brevis est, inimica consilio & contraria rationi: unde ab Ennio ira bene dicitur initium insanix & iratus ab infano tantum tempore distare; quicquid enim iratus agit, vel loquitur; tanquam ab infano profectum ætimari debet & sic irritum, cum ira mentis alienationem inducat & rationem perturbet. *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adulter. c. si quis iratus, §. 2. q. 3. Gail. l. 2. O. 110. n. 36.*

TH. XXVII. Deinde infantes, cum nesciant, quid agant propter innocentiam consilii. *l. 12. C. ad L. Cornel. de sicar.* & quicquid vident, ignorent. *l. 1. C. de fals. monet.* nam hi non multum à furiosis distant, quod parum habeant intellectus, uti colligit Bronchorst. *ad l. 5. ff. de R. J. in f. & ex §. furiosus. l. de inutil. stipul. Phil. Matth. & D. Præles ad d. l. 5. ff. de R. J.* neque scire quicquam præsumuntur, nec ulla culpa his tribuitur. *l. pen. in f. ff. de fidei commiss. liberz.* Infantes autem dico septennēs. *l. un. C. si secund. nupr. mulier.* licet vel ipsum septennium expleverint. *l. 1. §. 3. ff. de administrat. tutor. l. 18. §. 4. C. de jur. deliber. Gædd. iv. de contrab. & commit. stipul. Conclus. 12. n. 128. Menoch. de arbitrar. iudic. l. 1. c. 57. n. 9. Carpzov. p. 3. qu. 143. n. 6.* & propter ætatem adhuc dari nequeant, h. e. non intelligent, quid ipsimet loquantur, multò minus. quid agant, *l. 1. §. 13. ff. d. O. & A. l. 1. pr. ff. de V. O. l. 5. ff. de R. J.*

Th. XXIX.

Th. XXIIIX. Infantibus comparantur hęc pueri sive impubes & pupilli infantia majores (ut qui dicuntur esse infra 14 annos *c. referente 2. X. de delict. puer.*) quia etiam adhuc aliquam mentis imbecillitate & deficientiam discretioris voluntatis laborant, & quamvis his aliquod iudicium sit dubitationis quodammodo capax, attamen hoc tale non est, ut certo bonum & malum à se invicem distinguere possit.

Th. XXIX. Tandem excluduntur dormientes: in iis namque ligatur iudicium rationis & iudicii. *l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquir. poss.* & dormientis factum est potius factum naturę operantis, quam hominis, siquidem hi furiosis atque ammentibus ratione intellectus comparantur. *cap. majores. 3. §. sed & adhuc. & §. item queritur. de baptisn.* ac mortuis similes esse dicuntur. *Clem. 1. in f.* nemo enim, dum dormit, alicujus pretii est, non magis, quam si non viveret, uti refert Tiraquell. *in Tr. de pæn. leg. caus. §. n. 3. ex Platonis l. 6. de LL.*

Th. XXX. Denique etiam summę ebrii, sive usque ad mentis alienationem tales, qui dormientibus bene comparantur: nam & vitam edormire Gail. *d. l. n. 22.* mentis exilium pati. *c. à crapula. X. de vit. & honest. clericor.* & voluntatem non habere dicuntur. *c. sanè. 15. q. 1.* quod horum facta non credantur ex animo deliberato aut ex proposito fieri. *l. 11. §. 7. ff. de pæn. l. 3. §. 1. ff. de injur.* ebriorum enim ratio exigua, aut plane nulla est, imò nullum vitę ritę rectęque gerendę instituendę bonum rectumque consiliũ, nec ulla artium, nec gestorum, aut lectioũ dulcis recordatio, utpote furiosis similiores & proximiores. *Fich. 1. Consil. 38. n. 4. l. un. C. si quis Imperat. male dix.*

Th. XXXI. His præmissis, cuius satis apertęque constabit, hos tantum ritę rectęque dubitare posse, qui habent talem intellectum, ut rationes ex utraque parte æquales capere, audire & rectam secum viam reputare possint, cum potentia usdem obtemperandi, vel easdem recusandi, licet propter concurrentiam alicujus accidentis consensus non declaretur, quod & peritis accidit. *l. 17. ff. de jur. patron. l. ult. C. de mstr. & substr.*

DE

QVIBVS REBVS DVBITARE
LICEAT VEL NON.

SVMMARIA.

TH. XXXII. *De omnibus & singulis quis dubitare potest.*
XXXIII. *Ritè rectèque est dubitandum.* XXXIV. *In re
satis clara longior non est inducenda dubitatio.*

THES. XXXII.

Dubitare aliquem posse de omnibus & singulis illudque, non esse inutile, ait *gl. in l. nemo. C. de summ. Trin. & fid. Catbol.* nihil enim inter homines sic est indubitatum, quod non possit tamen suscipere quandam sollicitam dubitationem. *Novell. 44. c. 1. §. 3.* Hinc videmus, quòd vel peritissimi sepius sibi dubia moveant fingantque. *l. 7. ff. de jur. patron. §. & plures. §. 2. l. de vulgar. & pupillar. substit.* quippe optimè gnari, facillimè negotio veritatem erui posse, si rationes dubitandi & decidendi bene perpendantur, dubiorumque solutionem veritatis esse inquisitionem. *Zaf. l. n. 3. & 4. in 2. Tom. C. I. A. vol. 2. Consil. 57. n. 97. & Jason. 86. n. 30. l. 5.*

TH. XXXIII. Non tamen dubitare sufficit, sed ritè rectèque dubitandum, i. e. dubitatio nè sit præsumta, neque imaginaria, sed vera, ita ut quis nesciat, quònam sensu vocula vel particula dubia accipi & interpretari possit & debeat. *l. 21. ff. de reb. dub.* ut in re incerta, eventu dubio, quæstione voluntatis. *l. ult. C. de j. & substit. C. I. A. de reb. dub.* quæ si desiciant, omnis dubitatio est voluntatis quæstio, certioratio, declaratio non tantùm superflua, sed inepta penitus & ridicula. *l. 25. §. 1. ff. de leg. 3. l. 1. §. 1. ff. de att. em. l. 1. §. 8. ff. de dor. præleg. l. 137. §. 2. ff. d. V. O.* Et ex hac ratione Jubentius Celsus Domitio Labeoni de jure certo

certo atque perspicuo consulenti respondit: *aut non intelligo, quid sit, de quo me consulueris, aut valde stulta est consultatio tua: plus enim quam ridiculam est, dubitare, an aliquis jure testis adhibitus sit, quoniam idem & tabulas testamenti scripserit.* l. 27. ff. qui testam. fac. poss. Pertinet huc, quod Baldus frequenter solebat dicere: ubi clarum habemus textum, quid opus est Glossâ.

TE. XXXIV. Itaque videmus, in re satis clara longiorem non inducendam esse dubitationem. *l. jam hoc jure. 4. §. ult. ff. de vulgar. & pupillar. substi. add. l. à nullo. 4. C. de feris.* Wesenbec. 1. *Consl. 24. n. 14.* vel ubi extat perspicua legis vel statuti dispositio. Bald. in l. Gallus. 29. §. si ejus. 7. in secunda, notab. de liber. & posthum. ubi enim statuti talis extat dispositio, omnis dubitatio inanis est. Dec. *Consl. 484. in pr. & Consl. 693.* Cravetta *Consl. 4. n. 21.* Vid. pluribus Hartmann. Pistor. L. 1. q. 33. num. 28.

QUANDO QVIS DICATVR DVBITARE.

SVMMMARIA.

XXXV. *Dubitat, qui adhibet sollicitam & præmeditatam comparationem argumentorum.* XXXVI. *Differit à dubitante ignorans.* XXXVII. *Transitus.*

THESES. XXXV.

Dicitur quis dubitare, quando sensum aptat negotio, de quo agitur, adhibita sollicitâ & præmeditata comparatione argumentorum utrinque æqualium, & cogitatione sive ratiocinatione de eorum vi & pondere, ita tamen, ut nullus respectus sit personarum & causarum, inclinando scilicet ad alterutram partem: dubitatio enim est quasi medium inter scientiam & ignorantiam motusque indifferens in utramque partem contradictionis Magnifici Dn. Præses in addition. ad Struv. S. I. C. Ex. XIII. eb. 42. lit. d. Ubique igitur non adsunt argumenta contradictionis utrinque æqualia, ibi causa dubia subesse nequit.

TE. XXXVI. Hinc patet, quomodo differat à dubitante ignorans: hic enim est, qui de facto vel jure nihil scit, nec suspicatur.

C

&

& ignorare dicimur, quod scire debemus vel possumus. *l. 2. C. per quas person. nob. acquir. l. 1. §. 1. C. d. R. U. A.* An & à dubitante differt suspicans? Resp. omnino. Videatur Menoch, *d. praesumpti. l. 1. q. 7. n. 47. 48. & 49.*

TH. XXXVII. Cùm materia contractuum tam necessaria & utilis sit, ut vita etiam nostra absque ea conservari vix posse videatur, teste Schneid. *ad Instit. de oblig. num. 1.* Et prout aromata, quò magis conteruntur, eò melius etiam redolere solent, ita contractuum fecunditas magis magisque patet, si multum laboris atque industriae horum cognitioni impendatur; hinc & ego de his quædam tractabo. Non tamen in omnes conventionum species hic inquirere & singulas speciatim exhibere in animum induxi, hoc enim nimis longum foret, sed sufficere generalia quædam tradere, quæ si observentur ex singulis conventionibus ambiguis genuinum sensum erui posse nullus dubito.

DE
DVBIO IN CONTRACTI-
BVS EXPLICANDO.

SVMMARIA.

XXXIII. *Mens contrahentium inspicienda in dubio.* XXXIX. *Verba dubia contra proferentem sunt interpretanda.*
XL. *In dubio contractus inspicienda natura.* XLI. *Interpretatio secundum substantialia facienda.* XLII. *Nec non secundum accidentalia.* XLIII. *Semper in dubio inest clausula: rebus sic stantibus.* XLIV. *In dubio verisimile attendendum.* XLV. *Quid, si duo verisimilia concurrant.* XLVI. *Verisimile est absuisse metum.* XLVII. *Consuetudo interpres est dubii.* XLVIII. *Verborum proprietas est attendenda.* XLIX. *Verba plenissime sunt accipienda.* L. *Contractus presumitur potius*

potius validus quam invalidus. LI. Aequalitas obser-
vanda. LII. Tertio ne fiat prejudicium. LIII. Latio,
qua ex fortuna eventu dependet, non est consideranda.
LIV. Dubitans de vitio rei venditæ non tenetur. LV.
Contractus non presumitur usurarius. LVI. Contractus
in dubio transit ad heredes. LVII. Rei qualitas aut per-
sonæ conditio inspicienda.

THES. XXXIIX.

ORdo autem in dubiis contractibus interpretandis hic præ-
cisè observandus est, ut primò omnium mens contra-
hentium inspiciatur, & ratio habeatur maximè ejus, quod in-
ter contrahentes est actum. l. 11. pr. ff. si cert. pet. l. 38. ff. de
contrab. emt. Tiraquell. in l. si unquam. 8. verb. libertis, num. 47. seq.
C. de revocand. donat. justum enim est contrahentium volunta-
tem potius quàm verborum conceptionem inspicere, l. f. C. quæ res
pign. oblig. l. 6. §. 1. ff. de contrab. emt. l. 34. ff. d. R. l. cum in con-
tractibus veritas rei potius quàm scriptura inspicere debeat. l. 1. C.
plus valere quod agitur. voluntasque agentium actum regulet &
definiat. Vultej. Consil. Marpurgens. 31. n. 1. vol. 3. Menoch.
Consil. 103. num. 51. vol. 1. omnibusque verbis, exterius contra-
rium persuadentibus, præferatur. l. 13. §. 2. ff. de excusat. l. pen.
ff. ad exhib. quod tamen tantùm procedit in contractibus bonæ
fidei, non verò in stricti juris: in his enim potius verba quàm
mens attenditur, & tantum dictum intelligitur, quantum scri-
ptum. l. 99. & ibi Dd. ff. d. V. O. l. 2. ff. d. O. & A. inque his hoc
quasi proprium, ut in iis omnis cesset extensio, & propterea id,
quod scriptum reperitur, strictè inspiciatur. Blarer. in c. 1. num.
2. qual. Dom. propr. feud. privetur. ubi ait: in nostra non esse po-
testate, conventiones & contractus extendere. l. fidejussores Magi-
stratum. 68. §. pro Aurelio. 1. ff. de fidejussor. Vid. pluribus Bald,
in l. ex hoc jure. 5. ff. d. justit. & jur. n. 6.

Th. XXXIX. Si tamen ex verbis de mente disponere
non constet, ejusmodi verba contractus dubia & obscura inter-
pretanda sunt contra eum, qui ea protulit, vel qui in his funda-
men-

mentum suum constituit. Menoch. *Consil.* 110. n. 36. ne quis suū
 ipsius factō alterius conditionem deteriore reddat & iniquio-
 rem. l. 155. ff. de R. I. & quia in ejus fuit potestate legem contractus
 apertius dicere. l. 39. ff. de pact. l. 42. pr. ff. de jurejur. l. 21. l. 33. &
 34. ff. de contrab. emt. l. 26. ff. de reb. dub. l. 38. §. 18. l. 99. & l. 106. ff.
 de V. O. suz ergo negligentia id adscribat. Menoch. *Consil.* 179.
 num. 14. Huc pertinet regula l. 172. ff. de R. I. *ambiguum pactum*
contra venditorem interpretandum est.

Tu. XL. Sin verō dubia contrahentium intencio ne tunc
 quidem colligi possit, tunc id, quod actum est, ex natura contra-
 ctūs solemus interpretari: quemadmodum enim cujusque rei na-
 turam præcisè intueri & sequi necesse est. §. *sed naturalia.* n. 7. de
 J. N. G. & C. l. 6. ff. de justit. & jur. & unumquodque ad suam na-
 turam recidit, L. 6. in pr. ff. ibi: quasi jure postliminii revertitur lo-
 cus in pristinam causam d. R. D. l. 27. §. 2. vers. quod in specie ff. de
 pact. ita quoque in contractibus verba dubia secundum naturam
 sunt accipienda: omnis enim contractus factus in dubio credi-
 tur secundum naturam à jure ipsi tributam, Menoch. *Consil.* 410.
 n. 41. Unde, quoties quid nominatim & expressè contra naturam
 materie substratæ cautum non est, contrahentes & paciscentes
 respexisse præsumuntur ad jus & indolem rei, de qua agitur; natu-
 ralem. l. 3. ubi *Da. ff. de reb. cred. & cum dilectus* §. X. de *confuend.*
 cum verba naturæ contractuum inserviant. Bald. in l. 2. C. *com-*
mod. eaque, quæ à natura insunt, semper credantur inesse, etiam
 si à contrahentibus improprie quid positum reperitur. l. *insu-*
lam. §. ff. de P. V. l. si olei. 21. C. *locat.* nisi contrarium probetur. gl.
 in cap. si forte. n. in verb. *scientie.* de *elect.* in 6. Pacian. v.
Consil. 66. n. 13. Itaque verba venditionis dubia intelligenda sunt
 ut venditio sit libera, quia est de natura venditionis, ut
 emtor liberè possit disponere. Bald. *Consil.* 337. incip. & *pre-*
mitto. num. 4. vers. *sed imò videtur.* L. 3. Unde etiam, si vendatur
 mihi liber quidam 20. florenis, nullà tamen mentione factà, de
 quibus florenis venditor senerit, quod actum est, colligetur ex
 libri qualitate, valore & præstantia Bartol. in l. *Paulus.* 101. ff. de *so-*
lut. Idem est in mutuo: si enim vinum verus mutuo datum sit,

non

non licet pro eo reddere, novum, quia hoc tacite actum videtur, ut in eodem genere, eademque qualitate & bonitate, quod datum est, mutuum reddatur. *d. l. 3. ff. de reb. cred.* idque perpetuo & in omni contractus: certissimum enim est fundamentum, quod omnis contractus in dubio factus credatur secundum naturam à jure ipsi tributam & secundum naturam ejus, quod prævalet. Vid. Tiraquell. *de retract. prox.* §. 30. gloss. 1. n. 9. & 10.

TH. XLI. Neque substantialia & formalia contractus interpretando violanda sunt, cum talis contractus esse judicetur, qualem demonstrat ejus substantia & forma. Bald. in *l. rogati. n. §. si tibi. 2. ff. si cert. per.* etiamsi verba sint improprie accipienda. Quoties enim hæc aliud postulant, toties in dubio potius ei, quod actum præsumitur, quam quod verborum figura indicat, insistamus. *l. 41. ff. de jur. dot. l. 17. ff. de LL.* Tiraquell. *de retract. gentil.* §. 1. gloss. 14. ubi, *contractus, ait, estimandus venit ex virtute, vi & effectu, non à verborum conceptione, quibus contrahentes abusi forassis fuerint.* Itaque magis substantia, quam impropria rei appellatio hic attendenda est. *l. insulam. 6. ff. de P. V.* ubi deciditur, si quis insulam hæc modò vendiderit, ut aliam resciceret, non esse contractam venditionem sive contractum nominatum, sed potius initum contractum innominatum, deo ut facias, ratio est, quia cum venditio fieri non possit, pretio certò non constituto, ideo verbum venditionis improprie hic accipitur, & contractus potius innominatus celebratus præsumitur, quam ut propter fallam nominationem venditionis contractus vicierit. Sixtin. *Consil. Marpurgenf.* 13. n. 5. vol. 3.

TH. XLII. Ad accidentalalia quoque est respiciendum, siquidem qualis & cujus speciei contractus sit optime cognoscitur ex pactis adjunctis & clausulis appositis. *Natt. Consil.* 496. n. 13. licet aliò nomine usi essent contrahentes. *Mév. Consil.* 1. n. 43. Hoc tamen non procedit, si pacta adjuncta & clausule appositæ tenori totius dispositionis quoad verba non convenient. Abbas *in cap. illo vos. 4. X. de pignor.* nam talis contractus non intelligitur, cui appositæ essent pactiones adversee & contrariæ verbis. Abb. & Felin. *in cap. ad nostram. 5. X. de emt. & vendit.* Itaque ejusmodi vitium vitiat adjunctas clausulas. *Jason.*

son. in l. 1. §. si quis. in fin. ff. de V. O. & talis contractus dubius refertur ad illam speciem, cui est similior. Everhard. in Top. Leg. Loc. à simili.

TH. XLII. Tandem contractui in dubio inesse creditur tacita hæc clausula: *rebus in eodem statu manentibus. sive si idem rerum status mansurus est.* l. 38. ff. de solut. l. in confirmando. 8. l. seq. ff. de confirm. tucl. l. 137. ff. d. V. O. Mascard. de probat. Conclus. 113. n. 27. & Conclus. 1157. n. 7. Dec. Consil. 97. n. 17. Itaque, rerum statu mutato, atque in aliam conditionem, ac tempore contractus, deducto, liberatur altera pars, aut non tenetur ad plus, quam conventum est. l. quod Servius. §. ibi Jason. ff. de condit. caus. dat. l. tale pactum. 40. §. pater. 3. ff. de pact. l. 14. pr. ff. pro soc. l. 54. §. 1. ff. locat. etiam si juramentum ab initio accessisset: huic enim eadem clausula inest ex tacito sensu & subintellectu disponentium. Gometz. in §. item si quis postulante n. n. 7. j. de alt.

TH. XLIV. Quod si etiam hæc modò non appareat satis, quid actum sit inter contrahentes, fortassis, quòd verba sint nimis generalia, videndum est, quod verisimilius est, & quod plerumque fieri solet. l. in obscuris. u4. ff. de reb. dub. l. 1. ff. de R. J. Mantic. d. T. & A. C. l. 3. t. 1. n. 12. & l. 14. t. 35. n. 15. Negufant. q. 247. n. 1. Gratian. discept. forens. cap. 527. n. 21. nihil enim tam generale est, in quo ad verisimilitudinem non respiciatur. Angel. de Perus. in consil. 248. col. 3. si quidem hæc generalitas restringitur. c. cum in generali. 3. de offic. Vicar. in. 6. c. generali. 87. de R. J. in 6. quod etiam procedit, quamvis verba clara sint & manifesta. l. 14. ff. de condit. & demonstr. l. 3. §. 10. ff. de adim. leg. c. secundo requiris. 41. X. de appellat. adeò ut pro disposito habeatur, quod contrahens interrogatus verisimiliter respondisset. l. Titius. 25. §. Lucius. 1. ff. de liber. & posthum. Tiraquell. in l. 8. n. 55. C. de revoc. donat. Menoch. de presumpt. l. 4. pres. 67. n. 18. etiam contra propriam verborum significationem Cardin. Tusch. Tom. 8. Conclus. 94. n. 3. quod procedit non tantum in contractibus bonæ fidei, sed etiam stricti juris. Fulgos. in l. 3. §. si quis insulam. 5. ff. de eo quod. cert. l. Gratian. c. 719. n. 5.

TH. XLV. Quid verò faciendum, si duo verisimilia in verbis concurrant? Resp. tunc unum aliud tollit, & majus vel potentius vincit atque

atque expellit minus. Hinc regula: unum verisimile tollitur per aliud magis verisimile. Bald. in *l. si ve possideis*, 16, in *f. C. de probat.* Wesenbec. *Consl.* 98. n. 23. Sic etiam, si concurrat generalis & specialis verisimilitudo, specialem sequimur, illa enim generali, perinde ut species generi, derogat. Quodnam autem verisimile vel inverisimile dicatur, illud, cum nullibi expressum sit atque determinatum expressè, ideo committendum est iudicis arbitrio. Menoch. *d. arbit. ar. iudic.* 2. *cas.* 85. n. 4. non tamen sit nimis liberum atque effrenatum hoc arbitrium, sed intra certas juris regulas, à quibus, veluti propriis habenis, recedendum non est, conterminari debet.

TH. XLVI. Hinc illud, quod est verisimile plurimum facit ad excludendum metus effectum in contractu & in primis per metum ad contrahendum impulsus verisimiliter non creditur, qui coram consanguineis suis contractum iniit. Tiraquell. in *d. l. 8. pr. num.* 96. & in *verbis susceperit. num.* 297. *C. de revoc. donat.* Et quidem in specie, si vendatur & locetur certa res cum definitione consinium ambiguum, an aliquid in- vel excludendum sit, haud injuriâ verisimilitudo attendenda est, sc. ratione habitâ & comparatione pretii & pensionis ad rem venditam vel locatam, it. instituta comparatione verborum & qualitatis rei, prout sc. status præsens, non vero prout antiquus illud postulat. Tusch. *pract. Conclus.* tom. 8. *lit. V. Conclus.* 161. n. 22. Idem est, si dubium exoriatur, an ad corpus, an verò ad mensuram venditio facta sit, Tusch. *d. l. n.* 49. quemadmodum etiam emta ab aliquo res verisimiliter creditur emta pecuniâ propriâ non alienâ. Cæpoll. *Cautel.* 128. & potius quis præsumitur aliquid propriò, quàm alienò nomine emisse. *arg. l. 4. ff. de solut. Cephal. Consl.* 65. n. II. *vol. 1.*

TH. XLVII. Si nec ita dubium tolli possit, ad consuetudinem loci, in quo contractus vel aliud negotium celebratum est, recurrendum est. *l. semper. 34. ff. de R. 7. l. 9. §. 8. ff. de reb. cred. l. 48. ff. de evict. l. 4. §. f. ff. de publican.* Gail. 2. O. 8. n. 6. Ea enim quæ sunt moris & consuetudinis, etiam si conventum non sit, veniunt in bonæ fidei iudicis. *l. 31. §. 20. ff. de adit. edict. l. 6. ff. de evict. tacit*
huc

huc l. 24. in f. ff. de usufruct. l. 46. ff. de evict. l. 6. l. 37. ff. de usur. l. 50. in f. ff. de leg. 1. l. 27. §. 1. in f. ff. de aqua plu. l. 19. C. locat. Et sicut consuetudo est optima legum interpret. l. 36. ff. de LL. ita & quorumque aliorum contractuum & negotiorum: nam in verbis interpretandis ille intellectus prævalet, qui usu observatur in patria. Petr. Francisc. Linglois ad 50. Decis. Imper. Justin. Dec. 9. quest. 3. n. 2. Cravett. Consil. 206. n. 14. & Consil. 258. n. 8. Menoch. Consil. 744. n. 11. & quod in regione consuetum, est observandum, quia consuetudo regionis agentis animum indicat. Cravett. Consil. 343. n. 10. & Consil. 396. n. 17. Vnde, re adhuc dubiâ, quantum evictionis loci sive nomine præstiturus sit venditor, qui simpliciter de evictione cavit, nulla denominatâ quantitate, illico mos regionis, in qua emptio celebrata, est attendendus. l. si fundas. 6. ff. de evict. Similiter, si in locationis contractu certa merces specialiter determinata non est, ea merces solvenda est, quæ præcedentibus annis solita fuit solvi. l. exceptio. 18. ubi gl. locat. consuetudo enim ipsorum contrahentium in dubio præcipuè exquirenda est. l. si servus. 50. §. 3. ff. de leg. 1. Quid verò faciendum, si deficiat consuetudo ejus regionis, in qua quis vivit? Resp. tunc ad consuetudinem vicinarum regionum est recurrendum.

TH. XLIX. In omnibus etiam contractibus, tam bonæ fidei, quam stricti juris, quin & in omni negotio dubio verba dubia in proprio significato sunt accipienda l. 1. §. 19. ff. de exerc. act. l. 3. §. 1. ff. de negot. gest. Rul. à Vall. Consil. 76. n. 3. l. 3. nec facile à proprietate verborum est recedendum. l. 69. ff. de leg. 3. l. 8. §. 1. ff. de vulger. & pupillar. substit. Cravett. Consil. 149. n. 7. Cardinal. Tusch. Practic. Conclus. tom. 8. lit. V. Conclus. 91. n. 3. nam proprius significatus verborum prævalet semper significatui improprio; quando verba commodè propriè intelligi possunt, quid enim jocus est, ut verba aliter accipiamus, si propriè possint intelligi. l. 40. §. 3. ff. de condit. & demonstrat. l. 24. ff. de fund. instrum. vel instrum. leg. Itaque vocabulum, quod dupliciter potest intelligi, propriè, & improprie, potius ad proprium sensum est referendum. l. 1. ibi Bartol. ff. si ag. vectigal. l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 26. ubi Imola ff. de damn. infect. Vnde autem colligitur proprius verborum
 (Sen-

sensus? Resp. ex auctoritate juris, ratione & significatione recti sermonis & stricta interpretatione. Johann. Baptist. in *l. omnes populi* 9. ff. de justit. & jur. Tusch. d. l. n. 28. & seqq.

TH. XLIX. Denique verba contractus dubia in pleniori & potentiori significato sunt accipienda. *l. queritur*. 10. ff. de stat. hom. l. 80. ff. d. V. O. & quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum arripienda est, quæ rei gerendæ est aptior. *l. 67. ff. de R. J.* Hinc dicitur: verba simpliciter prolata intelligenda sunt de digniori subiecto. §. *jus autem Civile* 1. vers. *sed quoties*. j. d. J. N. G. & C. Itaque verba, quæ possunt intelligi non tantum de principali obligatione, sed etiam de accessoria, e. g. fidejussione, in dubio intelligenda sunt de principali obligatione. Alexand. in *l. fin.* §. *si fidejussor*. 1. ff. de jurejur. Berol. Consil. 192. n. 10. lib. 1. Et in genere in contractibus, quoties duo sunt verba, quæ possunt diversum reddere contractum, illud verbum observandum & attendendum est, per quod contractus fit magis plenus & potens, quia verbum, quod habet majorem potentiam & efficaciam, trahit ad se verbum, quod talem potentiam & efficaciam non habet. Roman. Consil. 509. incip. *circa propositam*. n. 9.

TH. L. Tandem hæc interpretatio est justa, quæ facit, ut res de qua agitur, in tuto sit, ut contractus potius valeat, quam pereat. *l. quoties*. 80. ff. de R. J. *l. insulam*. 6. ff. de P. V. *l. si tibi pecuniam*. 18. & ibi Jafon. n. 2. ff. de req. cred. l. ult. ff. *quæ res pign. oblig. poss.* & ne reddatur elusorius & nullus. *l. si quando*. 109. in pr. ff. de leg. 1. l. 75. ff. de judic. quoties enim oratio aliqua duas sententias exprimit & significat, quarum altera efficitur, ut id, de quo agitur, nullum habeat effectum sitque inutile, altera è contrario, ut valeat, semper ea arripienda est, quæ facit, ut res valeat, ut salva sit & in tuto. Donell. in *Commentar. Jur. Civil.* l. 8. p. 382. & usque adeo hæc vera sunt, ut etiam verba improprientur, ne dispositio reddatur inutilis. *Ausb. ex testamento. C. de collat.* Besold. part. 2. Consil. 29. n. 30.

TH. LI. Equalitatis etiam ratio habenda in contractibus dubiis. *l. 32. in f. ff. si cert. pet.* l. 17. §. *f. ff. de instir. act.* eaque interpretatio fiat, quæ utrique parti consultam est & satisfactam. *l. 14. §. 1. ff. de rit. nupt.* Menoch. de A. J. Q. Cas. 199. n. 13. & Consil. 121. n. 44. Consil.

Confl. 128. n. 12. *Confl.* 142. n. 16. & *Confl.* 144. n. 11. per æqualitatem enim suam cuiq; optimè tribuitur. *arg. l. naturaliter. 3. §. 1. ff. de condiç. indeb.* Bodin. *de Republica. l. 6. c. 6.* concordia servatur, & pax alitur. Cothman. *Resp.* 16. n. 2. *vol. 4.* quin & hæc in omnibus rebus dicitur inductiva, nutritiva & consolidativa concordia, charitatis & affectionis. Tufch. *præct. Conclus. Tom. 3. Conclus. 304. n. 8.* Sic servanda æqualitas in contractu emtionis & venditionis. Cothman. *Resp.* 57. n. 79. *vel. 2.* locationis & conductionis, quippe in qua & ipsa merces debet esse justa h. e. usui operæq; correspondens. *§. 1. l. de locat. conduç. naturaliter tamen se invicem hic licet circumvenire. l. 16. §. 4. ff. de minor. societatis. Afflic. Decis. 58. n. 2.* contractus enim ob inæqualitatem claudicare non debet. *arg. l. 13. §. 29. ff. de act. emi. Menoch. Confl. 92. n. 29. & Confl. 122. n. 139.*

TH. LII. Non sufficit tamen, ut contrahentium neuter non lædatur, sed insuper requiritur, ut tertio etiam exinde non fiat præjudicium: ea enim interpretatio semper arripienda est, quæ nemini, & per consequens etiam tertio nihil damni infert, sed quæ potius unicuique jus suum salvum, illæsum atque integrum conservat. Menoch. *d. A. 1. Q. cas. 199. n. 133. seqq.* Et hinc interpretatio rejicitur, quæ cadit in arbitrium unius ex contrahentibus in detrimentum alterius & tertii. Mantic. *de T. & A. C. L. 2. tit. 4. n. 81. & 83.* Quod adeo verum est, ut, quamvis verba nullum habitura sint effectum, tamen ita intelligenda sint, ne cuiquam & inprimis ne tertio quicquam præjudicii afferant. Ludovic. Cozzadin. *Confl. 3. n. 17.* Hinc potius verba improprianda, amplianda & restringenda sunt Vincent. Caroc. *Decis. 5. n. 9. & Decis. 59. n. 19.* Hæc tamen, quæ dixi, maximè intelligenda sunt de verbis generalibus. Francisc. Niger. Cyriac. JC. Mantuan. *Controv. et. forensi. 59. n. 7.*

TH. LIII. Minimè verò hic consideranda est læsio, quæ ex fortunæ eventu dependet, ita ut ejus lucrum incertum sit. Heig. *p. 1. qu. 9. n. 27.* Carpov. *l. 2. Resp. jur. tit. 5. Resp. 43. n. 3 & L. 5. t. 2. Resp. 9. n. 13.* Videantur etiam, quæ tradit Scaccia in *Tract. de Commercio. §. 2. gloss. 5. n. 150.* Sichard. *ad l. 5. C. de. in integr. restit. n. 2.* & hoc verum est, etiamsi magna aliqua læsio accidere possit, & jam acciderit Richter. *Decis. 99. n. 139. & 144.* Neque restitutio locum habet,

fi

si lætio postea, sive post contractum emerferit: eventus enim damni restitutionem non indulget, sed inconsulta facilitas. *l. ii. §. 4. ff. de minor.* Incertitudo etiam præterea facit licitum, quod aliàs in casu certo esset illicitum. *l. 7. §. l. 22. ff. de reb. cred.* & quando bona fuit intentio ab initio, tunc non eventus, sed principium sive initium contractus considerandum venit. *l. 10. §. 1. ff. de negot. gest.* Curt. Jun. *Consil. 286. n. 23.* Imò, cum quid se habet ad lucrum & damnum, id attendendum non est, neque pro læsione habendum. Pantzschmann in *Tr. de locat. qu. 17. n. 8.* ubi etiam addit, quòd, cum læsio event sine adversarii dolo & ex post facto, re ipsa venditor ne utiquam obligetur ad damnum & periculum præstandum: læsionem enim, quæ ex post facto contingit, in dubio quis scivisse non præsumitur, ratio est, quia quilibet creditur esse bonus, neque dolus præsumitur.

Th. LIV. Eodem modò se res habet neque tenetur quis, si dubitet de vitio rei venditæ, sed b. f. emptorem admonuerit. *arg. l. 1. §. 1. ff. de act. emt.* Si itaque venditor dicat: dubito, an fundus venditus læritutem debeat, nec ne, idque bonâ fide, sed si quæ est, & inopinatò emergat, non tenebor. hòc casu videri posset, non obligari ex emto cum in omnibus bonam fidem in hoc contractu requisitam. *l. 68. §. 1. ff. de contrab. emt. l. 43. §. 2. ff. d. r. præstiterit,* quæ autem ex improviso, contractu finitò, emergunt, culpæ venditoris adnumerari non possunt. *l. 3. ff. de evict.* protestatione à venditore adjectâ, ab emptore acceptâ legem dant contractibus pacta. *l. 23. ff. d. R. 7.*

Th. LV. Quid verò dicendum, si dicatur contractus illicitus & usurarius? Resp. hoc est probandum: quilibet enim contractus in dubio legitimus & licitus præsumitur, non verò usurariam pravitatem sapere sive esse fœneratus. Bald. in *l. rogasti. u. §. si tibi. i. ff. si cert. pet.* Cravett. *Consil. 29. n. 8. §. 245. n. 2.* cum fœnus improbum exercere sit gravissimum scelus, & peccatum, quippe quod lege naturali & humanâ prohibetur. Menoch. *l. 2. d. A. 7. Q. cas. 398.* & nemo Christianus delinquere credatur, *l. merius. §. ff. pro soc.* Ideoque pro regula tenendum: quòd, ubi factum aliquod dubium occurrit, quod haberi posset pro delicto, vel non delicto, in dubio illud præsumatur non delictum. *gloss. in cap. absi. n. 9. 3.*

Th. LVI. Quod si verò dubiteretur, an contractus sit transitorius ad hæredes, an verò non, tunc hic in dubio transitorius esse creditur, quia ea contractuum regulariter est natura, ut ad hæredes transeant, idque verum est, siue hæredum mentio facta sit in contractu, siue non. *l. veteris. 13. C. de contrab. & committ. stipul. l. viam veritatis. 10. C. locat.* ut proinde videatur superflua Notariorum cautela & clausula, quæ mentionem facit hæredum contrahentis. *l. enim qui ita. 56. §. 1. gl. ibid. in verb. pro supervacua. ff. de V. O.* siquidem contrahentes in dubio non tantum sibi, sed etiam hæredibus suis profecti esse creduntur. *l. 7. §. 8. ff. de pati. l. 9. ff. de probat. Gloss. ibid. in verb. probare.* Hinc frustra hæredi objicitur exceptio, quod non sit nominatus in instrumento, quia, nominatò Cajò, hæres quoque ejus nominatus creditur. *Bald. in l. un. n. 3. C. quorum legatorum. hæresque intelligitur eadem persona cum defuncto. l. 59. ff. de R. J. l. 44. ff. ad S. C. Trebellian.*

Th. LVII. Ex rei etiam qualitate, aut personæ conditione, vel ex aliis indiciis aut circumstantiis contractus dubius commodam interpretationem recipit. Et tandem in subsidium, his omnibus deficientibus, ad hanc regulam recurritur, quod in obscuris & dubiis id, quod minimum est, sequi debeamus. *l. cum de indebitis. 35. ff. de probat.*

DE

DYBIIIS DISTRACTIBVS.

SVMMARIA.

LIIX. Cum contractus & distractus differant, ideo separatim tractantur. **LIX.** Pecunia in dubio creditur soluta in eam causam, ex qua usurae debentur. **LX.** Usurae in dubio non creduntur ante tempus soluta. **LXI.** Creditor dubitative indebitum solvens condicere illud potest.

LXII.

LXII. In quamnam causam pecunia soluta sit imputanda, cessante demonstratione creditoris & debitoris. LXIII. Qualibet res in dubio presumitur libera. LXIV. Stipulatio in dubio obligat ad id, quod minus est. LXV. Donatio in dubio non presumitur. LXVI. Debitor presumitur liberatus per redditionem chirographi. LXVII. Secus est, si hoc dicatur amissum spolio. LXVIII. Redditio prioris nihil detrahit principali obligationi. LXIX. Distractus judicantur secundum naturam contractuum. LXX. Dolus causam dans distractui impedit distractum.

THES. LIIX.

Cum contractus & distractus sint diversa, uti ostendit l. f. C. si tutor vel curator interveni. maxime quando nulla identitas rationis concurrat. Everard. à Mittelburg. in Top. in loco à c. nr. ad distract. n. 12. ubi pro hujus axiomatis intellectu videantur plura. Itaque non placuit eos conjungere, sed potius disjungere & seorsim tractare.

TH. LIX. Et quidem etiam distractibus atque dissolvendis obligationibus maxime legitima fieri debet interpretatio: ut puta, solutum quid in dubio imputandum est in eam causam, ex qua usura debentur. l. 4. & l. 7. ff. de solut. Menoch. de presumi. l. 3. pres. 126. n. 4. quia id solvitur quis potius presumitur, quod exoneratur, Hartmann. Pistor. p. 1. qu. 27. n. 17. & quilibet actum gerens censetur eum eodem modo gerere, quod is sibi utilior esse posset. Bartol. in l. 88. in vers. circa tertium principale. ff. de acquir. hered. arg. l. 1. ff. de solut. & l. 5. ff. pro soc. non enim creditur creditor usuris diutius frui hoc in casu, si apud eundem debitorem sterilis ei fuit pecunia. Alexand. de Immol. in l. 1. ff. de solut. Idem est, si quid solvatur in fortem & auras: nam & hoc prius in usuras, deinde in fortem imputandum est. l. 5. §. 3. ff. de solut. nec enim ordo scripturae spectatur, sed potius ex jure sumitur id, quod agi videtur. l. 6. ff. de solut. Quid obineat in pignori- bus, si hæc à creditore distracta sint, de eo vid. d. l. 5. §. 2. & ult. ff. de solut.

TH. LX. Quod si autem debitor dicat, se ante tempus usuras five annuas pensionis persolvisse, tunc praesumptio est contra debitorem: in dubio enim verisimile non est, quod quis ante tempus annuam pensionem persolverit, cum, qui maturius solvit, plus solvere censetur, & vice versa minus, qui tardius. § 33. j. de R. J.

TH. LXI. Quid verò dicendum, quando dubium debitori videbatur, an illud, quod solvit, indebitum sit, nec ne, & tandem in hac dubitatione constitutus indebitum tanquam debitum solvat, num conditionem indebiti soluti habet? Resp. affirm. per l. ult. C. de condit. indeb. Sed cum indebitum variis modis accipiat, ita ut aliud sit simpliciter tale, quod nullò jure, neque naturali neque civili debetur, & peti potest. l. 65. §. 9. ff. h. t. aliud saltem secundum quid tale, & hoc iterum vel naturaliter, quod ex solo jure civili peti potest, vel civiliter, quod ex solo jure naturali; Igitur quaestio est, de quoniam casu intelligenda sit d. l. ult. Primum quidem indebiti genus tractat & decedit l. 26. §. 3. ff. h. t. Secundum repeti, posse negat l. 13. l. 64. ff. eod. Tertium quoque condici nequit, nisi exceptio perpetua obstet d. l. 26. §. 3. ff. d. t. Respondet Imperator, ut semper in his indebitis competat repetitio, si non transigendi animò solutum fuerit, h. l. ult. pro errante enim in condicendo indebitò dubitans haberi solet. Vngep. Ex. 7. qu. 2. & cum transactio hic praesumi non solet. h. l. ult. quae aliàs repetitioni obesset l. 2. C. l. 65. §. 1. ff. h. t. re. Etè condicatur illud, de quo, an debeatur, controversatur, Pac. anal. Cod. §. 11. n. 2.

TH. LXII. In summa, cum debita ex pluribus causis pecunia simpliciter solvitur sine ulla sc. mentione & demonstratione tam debitoris, quam creditoris, in quamnam causam illa pecunia solvatur, potior habebitur ratio & causa ejus pecuniae, quae sub infamia debetur, mox ejus, quae poenam continet, tertio, quae sub hypotheca vel pignore contracta est, post hanc potior habebitur propria, quam aliena causa, ut puta fidejussoris d. l. 4. §. 7. ff. de solut. semper enim in dubiis benigniora sunt praefenda. Benignius autem id dicitur, quod debitori patrocinator, quod reo est commodius & tolerabilius, ut praestatio, minimi, l. semper in obscuris. 9. ff. de R. J. l. veteribus. 39. ff. de

ff. de pact. quod veteres ideo definiuerunt, quod verifimile videretur, diligenter debitorum admonitum ita negotium suum gesturum fuisse. *l. 97. ff. de solut. add. l. 98. d. 1.* Quod tam in pœnabilibus, quàm civilibus causis observatur, siquidem leges ad mansuetudinem & clementiam potius quàm ad acerbiteriam compositæ sunt. Huc pertinet illud, quod in rebus dubiis capienda sit occasio, quæ præbet benignius responsum. *l. 168. ff. de R. J.*

TH. LXIII. Itaque si servitus in alicujus re prærendatur, & dubium adhuc sit, num hæc debeatur, nec ne, tunc pro liberatione est respondendum: quælibet enim res à servitute in dubio præsumitur libera. *l. 14. §. ult. l. 26. ff. de damn. infect.* Menoch. *d. 7. q. lib. 2. cas. 156. Et de præsumt. lib. 3. præf. 89. n. 1. ubi. n. 6.* ampliatur etiam stante quasi possessione servitutis, & *lib. 6. præf. 29.* Et natura res omnes censentur liberae, quia nullius rei servitus præsumitur, quæ est qualitas accidentalis, non naturalis. *l. 4. ff. de justit. & jur.* Anton. Fab. in *Consil. de Ducat. Montiserrat. p. 1. f. 93.* neque naturalem, sed impositivam causam habet. Hieronym. Schurff. *Consil. 69.* Imò libertas, quæ omnibus rebus præstantior, magis in rebus, quàm in personis præsumenda, cum homines pluribus modis servos nasci & fieri posse contingat, res non in idem, ut ait Ferrariensis. in *form. libell. act. Confess. in gl. pleno jure.* Ideoque testibus, de libertate reponentibus, plus fidei habetur, quia juris præsumtio his adfistit, cum deponant in favorem libertatis, & id, quod juri communi conforme est. Reinking. *d. R. S. & E. l. 1. class. 5. c. 4. n. 162, 163, & 166.* Vnde in dubio res magis præsumitur libera & allodialis, quam feudalis. Richter. *de jurib. & privileg. cred. c. 4. sect. 2. n. 5.*

TH. LXIV. Sic verba quoque stipulantis dubia intelligenda sunt, ut minus obligent debitorem, quam possibile sit. Dec. *Consil. 413. n. 8.* verba enim generalia restringantur potius ex vi rationis, quàm ut quis indebitè aliquid damni patiat. *l. adigere. 6. §. quævis. 2. ff. de jur. patron. c. cum dilectus 14. ad adventitiam. & c. 15. de Cler. non resia.* Imò nullum potius habeant effectum, & pro superfluo reputentur quàm ut quis indebitè damnum sentiat. *l. f. §. in computatione. 9. ubi. DD. C. de jur. deliber.* alter verò indebitè ad lucrum perveniat, quoties enim alter certat de damno vitando, alter verò de lucro captando, ro-
tius

ties pro eo respondendum est, qui certat de damno vitando, non verò pro eo, qui de lucro caprando. Menoch. *Consil.* 56. n. 39. *Consil.* 144. n. 10. *Et Consil.* 268. circa fin. illudque semper procedit. *l. rescriptum.* 12. §. 1. ff. de distract. pignor. *l. jure succursum.* 6. §. f. ff. de jur. dot. Wesenbec. *Consil.* 50. n. 27. etiam inter duos privilegiatos. Bartol. in *l. quas actiones.* n. 3. *C. de SS. Eccles.*

Th. LXV. Unde fit, quòd donatio non solum non præsumatur. *l. cum de indebito.* 25. vers. si verò ff. de probat. *l. 47.* ff. de oper. liberti. sed & in dubio illa interpretatio praeferatur, quæ donationem excludit. *l. 24.* §. 1. ff. de pignor. act. *l. si cum aurum.* 5 ff. de solut. ratio est, quòd nemo præsumatur suum jactare velle. *d. l. cum de indebito.* 25. vers. qui non solvit. ff. de probat. *l. 48.* §. 3. ff. de furt. Quod tamen secus est, si adfit ulterius consanguinitas, vel amicitia, vel remuneratio: hoc enim in casu donatio præsumitur. Grat. *Consil.* 34. n. 18. vol. 1. Alexand. *l. 83.* *Consil.* 18. n. 7. Ruin. *Consil.* 127. n. 19. vol. 3. Ratio hujus rei consistit in verisimili, secundum quod verba in dubio accipienda sunt. *l. 114.* ff. de R. J. *l. 58.* in f. ff. de jur. dot.

Th. LXVI. Ex quo etiam fundamento debitor præsumitur fuisse liberatus non tantum, si chirographum penes creditorem cancellatum reperitur, sed etiam si hoc sive cautio ipsi fuerit reddita: creditor enim non præsumitur tale quid fecisse, nisi sibi satisfactum esset à debitore. Carpov. *p. 2. c. 20. d. 12. n. 8.* Sic ex solutione annuæ pensionis, tribus annis proximis facta, inducitur præsumptio totius debiti, in præteritum soluti per *l. 3. C. de apoch. publ.* Finckelth. *Observ.* 115.

Th. LXVII. Aliud tamen obtinet, si chirographum ante solutionem factam amissum dicatur spoliò, igne, naufragiò: si enim hujus rei fides fiat vel testibus. *l. 8. C. de test. l. 13. C. de fid. instrum.* vel juramentò. *l. f. C. de fid. instrum.* vel aliis indubitatis indicii & præsumptionibus. arg. *l. f. C. de probat. l. 5. C. de fid. instrum. l. 19. C. de R. V.* tunc creditor nihilominus debitum suum persequi potest. Richt. *Velitar. Acaadem.* 3. 16. 90. secus tamen est, si hæc deficiant, tunc enim in dubio pro debitore est respondendum. Carpov. *p. 2. c. 29. d. 15. n. 5.*

Th. LXIIX. Quid verò juris in redditione pignoris? Resp. hujus

hujus redditio five fiat precario, five simpliciter, neutiquam tamen quicquam principali obligationi detrahit eamve mutat. Sic fidei-
 foris liberatio in testamento vel ex conventionē facta, nihil reo affert
 adjuventi atque emolumentum, h. e. non proficit reo: nam ab accessorio
 ad principale non rectè argumentamur, licet è converso rectè dica-
 tur, ipsum accessorium sequi naturam sui principalis, & hòc sublatò,
 illud non subsistere, quia ejus sequela est. *l. 3. ff. de pact. l. si chirogra-
 phum. 24. ff. de probat.*

Th. LXIX. Tandem notandum est, quod distractus maximè
 in dubio judicentur secundùm naturam & substantiam contractuum
 habeantq; in se vim relativorum & contrariorum. *l. 58. ff. de pact. l.
 1. C. quand. lic. ab emt. reced.* Si igitur contractus sint ad hæredes
 transidorii, erunt quoque distractus tales. *l. 7. §. 8. ff. de pact.* quia
 contrariorum eadem est ratio & disciplina. *l. 1. ff. de his qui sunt sui
 vel alien. jur. cum similibus iisdemque regulis contineatur distractus,*
 quibus contractus, maximè quando eadem est ratio in utroque. *l.
 item veniunt. 20. in pr. junct. §. 1. ff. de hæred. petit. l. 2. C. de pact. inter em-
 tor. & venditor.*

Th. LXX. Hinc est, quòd quemadmodum dolus dans cau-
 sam contractui bonæ fidei ipsò jure contractum annullat, *l. & elegan-
 ter. 7. §. non solum. 3. in f. ff. de dol. & l. Julianus 13. §. 1. seq. ff. de act. emt.*
 ita quoque dolus dans causam distractui five liberationi in con-
 tractu bonæ fidei impedit distractum & liberationem totaliter.
 Bartol. in *d. l. & eleganter. n. 5. & in d. §. non solum. num. 2.* Everhard.
in. loc. legal. in loco à contractu ad distractum ubi adhuc multa adducit.
v. Gail. l. 2. O. 2. n. 5.

DE
 DVBIIS VLTIMIS VOLVN-
 TATIBVS ET IN SPECIE DE
 TESTAMENTIS.
 SVMMARIA.

LXXI. Verba testamenti dubia propriè sunt accipienda. LXXII.

E

Ex

Ex regulis juris potest cognosci forma testamenti perfecta. LXXIII. Verba plene sunt accipienda. LXXIV. Testamentum presumendum est potius validum, quam invalidum. LXXV. Conjecturis locus est relinquendus. LXXVI. Contrarietas est evidanta. LXXVII. Non presumitur quis decedere voluisse pro parte testatus, pro parte vero intestatus. LXXVIII. Verba diversimode non sunt intelligenda. LXXIX. Bene tamen naturaliter, non vero civiliter. LXXX. Aequalitas est observanda. LXXXI. Verba absolute posita quomodo interpretanda. LXXXII. Dispositio testamentaria interpretanda est secundum observantiam loci. LXXXIII. Quid juris in casu, nec à consuetudine nec à lege deciso. LXXXIV. Interpretatio in dubio hæc assumenda est, quæ est aptior, & quæ absurdo caret. LXXXV. Si dubitetur, quid scriptum sit, aut actum habetur pro non scripto. LXXXVI. Incisio testamenti pro revocatione non habetur. LXXXVII. Qualitas personarum attendenda. LXXXVIII. Antecedentia & consequentia sunt attendenda. LXXXIX. Quid si due dispositiones contrarie sibi invicem reperiantur.

THESES. LXXI.

Nunc dicendum est de interpretatione, quæ legitime fieri potest in testamentis aliisque ultimis voluntatibus, si quid in his dubie positum reperiat. De quibus sciendum est, quod voluntas testatoris habeatur pro lege. *can. 4. caus. 13. qu. 2. l. 1. C. d. S. S. Ecclesi.* Disponit enim testator & erit lex, voluisse autem & sensitse testator id videtur, quod dixit. *l. 3. ff. de reb. dub.* Igitur quod dixit & noluit, servandum non est. Dixisse autem presumitur, quod verborum proprietates indicat, à qua recedendum non est, etiam si actus aliàs periret. *l. 69. ff. de legat. 3.* Limita non

non procedere, si manifestum sit, aliud sensisse disponentem. *d. l. 69. ff. de legat. 3. l. 7. §. f. ff. de supelleet. legat.* mens enim dicentis prævalet voci. *l. 77. §. 20. ff. de legat. 2.* verborumque interpretatio nusquam tantam vim habet, ut melior sensu existat. *l. 3. C. de liber. præter.* vel si voluntas testatoris aperte sit contra jus & legem, vel ratio juris ei occurrat. *l. quidam in suo. 27. ff. de condit. instit. l. conditiones. 9. cod. Novell. 48. in Præfat.* nemo enim potest facere, quin leges in testamento suo locum non habeant. *l. 55. ff. de legat. 1.* Idem est, si voluntas sit imperfecta: nam imperfecta voluntas non est voluntas. *l. 11. C. de iis quibus ut indign. l. 21. §. ult. ff. de testam. vel si impossibilis l. 21. §. ult. in f. de legat. 1. l. 1. ff. de condit. instit. vel sit inepta. l. 27. pr. ff. cod. l. 113. §. ult. ff. de legat. 1. vel sit contra bonos mores. l. 112. §. 2. ff. eod.*

TH. LXXII. Qua de causa non semper ex cogitatione aut propositio testatoris, sed ex regulis juris statuendum est, an testamentum formam perfectam habeat, nec ne. *arg. l. 4. ff. qui testam. fac. poss.* testamentum enim publicam formam destitutum pro testamento reputari nequit. *Dauth. ad l. testandi. 13. num. 4. & ad l. 16. C. de testam. & generale est, in fraudem legis apposita non valere Bald. in l. un. num. 8. & 10. C. de his, quæ pan. nom. Vid. Gail. l. 2. O. 149. n. 2. vers. non obstat* quia ut J. C. nec ex Prætorie, nec ex solenni jure quicquam ex privatorum conventionione immutandum est. *l. 27. ff. de R. I. ita & juri publico, cujus est testamenti factio l. 2. ff. de testam. per privatorum conventionem derogari nequit. l. 38. ff. de pact. testator enim semper suam voluntatem cum jure communi conformasse creditur & præsumitur. l. 54. ff. locat.*

TH. LXXIII. Verba etiam testatoris dubia in pleniori & potentiori significato sunt accipienda. *l. 45. l. 69. ff. de legat. 3. l. 1. §. 1. ff. si ag. rectigal. pet. l. 48. ff. de hered. instit. l. 27. ff. eod. l. 36. ff. de legat. 1. l. 95. ad f. ff. de leg. 3. cap. 7. X. de sponsal. ibi: recurrendum ad communem verborum intelligentiam.* testandi enim facultas potius extendenda, quam restringenda est. *l. 52. §. 2. ff. pro soci. & l. f. ubi Dd. C. de pact. idque ideo, quod in testamentis voluntates testantium plenius interpretemur. l. 12. ff. de R. I. l. 7. C.*

de fideicommiss. nec enim recipienda pernicioſa ſubtilitas, per quam teſtamenta contra utilitatem publicam ſubverterentur; Signorol. Conſil. 159. pr. l. f. C. de inſtit. & ſubſtit. l. 5. de neceſſar. hered. inſtit. l. 13. C. de legat. quippe, quod improbus eſſe videatur, qui quamlibet voluntatem reſcindere nititur. l. 28. C. de. Episcop. & Cler. cūm noti juris ſit, quod voluntas teſtatoris prædominetur, & tanquam regina primum locum obtineat, præcipuè ſpectetur, ad unguem obſervetur, totum faciat, non circumveniatur, nec verborum ſubtilitate ſubverti debeat, Johann. de Caſtil. in Tr. de Conjectur. ultim. volunt. num. 1. & ſeqq. l. 19. ff. de condit. & demonſtrat. Limitanda tamen ſunt dicta, niſi teſtator ipſe ſtriçtè loquatur: eo enim in caſu & ſtriçtè debet intelligi. l. 29. ff. de manumiſſ. teſtam. l. 68. ff. de fidejuſſor. Mascard. de probat. Concluſ. 136. num. 3. Sic exhæredatio, quæ ſit in teſtamento. l. 14. C. de teſtam. benignâ interpretatione debet reſtringi. l. 2. & l. 19. ff. de liber. & poſthum. quod enim teſtator non dixit, nec nos dicere debemus. l. 75. §. 5. ff. de acquir. hered. l. 8. ff. de publician. im rem. act. l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi, nec, quod non loquitur, velle præſumitur. l. 1. §. 11. verſ. ſi autem deſſicientis. C. de. caduc. tollend. Mascard. de probat. Concluſ. 1343. num. 1.

TH. LXXIV. Quin & ita ut teſtamentum potiùs valeat, quam pereat, & ne reddatur eluſorium & nullum, ideo, quod teſtamentum omne validum ac ſolenne præſumatur. gl. in. l. 1. C. d. fidei commiſſ. & in l. ſi poſt diſiſionem 4. ibidemque Bartol. C. de jur. & fact. ignor. maximè ubi extrinſecus non eſt viciatum, vel aliqua in parte corruptum. l. f. C. d. Ediçt. D. Adrian. toll. Vultej. 1. conſil. Marpurg. 29. num. 25. nam teſtator non præſumitur fruſtrâ teſtari voluiſſe. l. 2. ff. de reb. dub. l. 109. ff. de leg. 1. atque ſic actum invalidum & fruſtratorium facere. d. l. 109. ff. d. leg. 1. l. 12. ff. d. reb. dub. aut aliquid ponere in poſtremo ſuo halitu, quod ipſum inutilem atque irritum redderet. l. 38. §. 2. verſ. ſi fundus. l. 30. §. qui hortos. l. 1. l. 35. §. codicillis. 3. ff. de leg. 3. ideoque voluntates ultimæ in dubio ſemper legitimæ & valere præſumuntur. l. 4. ubi gloſſ. & Bartol. C. de jur. & fact. ignor. l. 66. in pr. ff. de legat. 2. ſiquidem teſtamentorum favor tantus eſt, ut in dubio pro validate eorum ſit

fit pronuntiandum. l. 10. ff. de in offic. testam. l. 12. l. 85. ff. de R. I. Optimum enim est illud fundamentum & ratio, quæ assumitur, ut conservetur ultima voluntas, & ut tueatur testamentum. l. 28. C. de Episcop. & Cler. cum publicè interfit, testamenta conservari. l. 5. ff. testam. quem. ad. aper. accedit, quòd causa testati favorabilior sit, quàm causa intestati, deinde quòd homini mortuo nihil magis debeatur, quàm ut voluntas ejus conservetur. l. 1. C. de S. S. Eccl. è contrario autem pœna testatoris sit, testamenta invalidari. l. ult. C. de posthum. hered. instit. l. 32. C. de inoffic. testam. Quæ quidem tantùm procedunt in dubio, non verò, quando de nullitate testamenti manifestò constat: quod enim ipsò jure nullum est, nemo potest in alterius præjudicium convalidare. Menoch. 4. pref. 10. num. 18. Besold. 1. Consil. 204. num. 29. & 30. Cæterùm hæc, quæ dixi, observanda sunt in quavis dispositione, sive hæc sit odiosa, sive stricti juris. l. 8. ff. quemadmod. servit. amitt. Cravett. Consil. 171. num. 7. Menoch. Consil. 285. n. 29. etiamsi verba sint improprianda, nec dispositio sit inutilis. Auth. ex testamento. C. de collat.

TH. LXXXV, Quamobrem sequendum id, quod colligi potest per conjecturas ex probabili voluntatis consequentia. l. 66. l. 67. §. 15. l. 64. ubi Bartol. de legat. 2. l. 47. de donat. int. vir. & uxor. & ex consuetudine testatoris. l. 50. §. f. ff. de legat. 1. nam ex consuetudine viventis sumitur etiam conjectura voluntatis morientis. Inde deducitur, quòd filiis substitutis per fidei commissum ex vulgari quidem usu loquendi non credantur substituti nepotes, quia nepotes appellatione filiorum non continentur. l. 6. ff. de testam. tutel. sed, si testator nepotes consueverit filios appellare, ipsi quoque substituti intelliguntur. Ut proinde optimum sit, non propriam semper verborum significationem scrutari, sed imprimis, quid testator demonstrare voluerit. l. 18. §. 3. ff. de fund. instrum. cum enim voluntas dupliciter consideretur & colligatur, scil. vel ex verbis, vel ex conjecturis, Menoch. Consil. 25. num. 49. voluntas autem non prolata, sed mente retenta difficillima fit probatu. Panormitan. in cap. presentium. 31. n. 3. d. testib. Ideoque rectè facit & ordine, qui eam per

præsumptiones & conjecturas probat, atque sic pro veritate habet. Menoch. *Consil.* 5. n. 5. sicut in aliis, quæ difficillimæ sunt probationis atque ad animo dependent. *l. 24. ff. sol. matrim. l. 70. l. 6. ff. de legat. 2.* Requiritur tamen, ut hæc conjecturæ sint verisimiles: verisimilitudo enim est imago veritatis. Mascard. *de probat. conclus.* 1042. col. 1. Vid. Th. 79.

TH. LXXVI. Tandem verba dubia ita sunt explicanda, ut contrarietas evitetur: quemadmodum enim hæc in omni materia, ita maximè hic est fugienda. Idque faciendum est, etiamsi verba sint improprianda, Cravett. *Consil.* 70. num. 5. Et quidem ideo, quòd, contraria simul esse non possint. *l. 30. ff. pro soc. l. 1. C. de furt.* seque mutuò expellant. *l. 4. §. pen. ff. de offic. procons.* neque quicquam valeat, quod actum est, si repugnantia toleretur. *l. 188. ff. de R. I.*

TH. LXXVII. Qua propter testator non præsumitur decedere voluisse pro parte testatus, pro parte verò intestatus, Menoch. *Consil.* 538. num. 10. in pr. nemo enim paganorum (in militibus enim aliud obtinet. *l. 6. l. 19. in pr. ff. de militar. testam.* modò eorundem voluntas sit certa, aliàs in dubio milites juri communi testandi se conformasse creduntur. *l. 2. l. 8. l. 13. ibique Dd. C. de testam. mil. Carpzov. P. 7. Constit. 2. D. 5. n. 7.*) pro parte testatus, pro parte verò intestatus ab initio (aliud est ex post factò, *l. 15. §. fin. ff. de in officios. testam.*) de jure communi (secus est, si lege municipali, statuto vel consuetudine de rebus vel personis, contra jus commune disponentibus, aliud cautum sit, Gail. *l. 2. O. 124. n. 14.*) decedere potest. §. *hereditas. 5. in. f. l. de hered. instit. l. pen. §. 1. ff. de castrens. pecul. l. 89. in f. l. 7. ff. d. R. I.* cùm natura non patiat, ut duo contraria & inter se pugnantia, veluti testatus & intestatus simul concurrant, & defunctus duo patrimonialia habere non possit. *l. 30. §. 1. ff. de excusat. tuor. l. 141. §. 1. ff. d. R. I.*

TH. LXXVIII. Uterius verba non sunt diversimode intelligenda; itaque si quid occurrat, quod possit de uniformibus & difformibus intelligi, in dubio intelligendum est hoc potius de uniformibus, non verò de difformibus. *l. 11. §. 4. ff. de legat.*

legat. 3. non enim una eademque dispositio difformiter operari debet. Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 35. & seq. aut diversò jure censerì. substit. l. 23. ff. de usucap. Provide verbum scriptum in uno loco intelligendum est eò modò, quò testator intellexit in alio, vel unum verbum semel unò modò positum, etiam in alia parte eodem modò censerì debet positum Bartol. in l. centurio. 15. n. 27. versic. quid dicemus. ff. de vulgar. & pupillar. substit. Verba quoque simplicia restrictionem patiuntur ad uniformia.

TH. LXXIX. Denique, si quid occurrat, quod naturaliter & civiliter possit intelligi, illud accipiendum est potius in naturali sensu & significatione, non verò in civili & subiecta. l. 76. ff. de condit. & demonstrat. ita tamen ut maxime inspiciatur communis usus loquendi. Negulant. in sylv. qu. 243. n. 12. Curt Jun. Consil. 145. num. 46. non enim æquum est, ut fictio inducatur contra voluntatem testatoris, si verba propriè accipi queant, cum, quod per fictionem tale est, propriè non sit tale. l. 2. §. 1. ibi: nec enim naturalis ff. de usufruct. ear. rer. qua us. consum. §. 2. f. de usufruct. Hæc tamen ita intelligenda sunt, si res certa sit, & de mente disponentis satis constare possit, alioqui, si quid dubium videri atque jam in hunc jam in illum sensum trahi possit, potius est, ut ex conjectura voluntatis verba testatoris etiam civiliter & urbane accipiamus. l. 29. §. 5. ff. de lib. & posthum. Vid. Th. 75.

TH. LXXX. Porro æqualitas observetur, & excludatur omne illud, quod speciem saltem inæqualitatis indicare & præ se ferre videatur. l. 77. §. 8. ff. de legat. 2. tali enim creditur fuisse mente testator, ut æqualitas inter hæredes, quoad fieri possit, servetur, Menoch. Consil. 439. num. 12. ratio est, quòd æqualitas suum cuique tribuat. arg. l. naturaliter. 3. §. 1. ff. de condit. indeb. Hocque procedit, quamvis verborum improprietas sic observanda. l. 21. §. 3. vers. sed & ipse. ff. de fund. instruit. l. f. C. commun. ut. jud.

TH. LXXXI. Similiter verba absolute prolata secundum illud, quod est possibile de natura, de facto, de jure, & secundum bonos mores restringenda & intelligenda sunt, alias enim ede-
Etum

Etum non fortitantur. Sic voluntas testatoris bonis moribus & legibus contraria neutiqvam servanda est. l. 9. l. 27. ff. de condit. instit. Dispositioni enim, quæ testatori est probrosa, tanquam de jure impossibili standum est haudquavquam. l. 1. in f. C. de his quæ pæn. nom. vel. §. ult. l. de legat. Et ideo conditio præceptum testatoris, quod est per se & absolutè impossibile, nec in ullius hominis potestate, quòd vel ipsâ naturâ vel jure prohibitum sit, non valet, nec servari debet. l. 137. §. 6. ff. d. V. O. Mantio. de conj. ult. V. lib. 2. t. 3. num. 16. in pr. quia habetur pro non adjecto, secus est, si illud sit saltem secundum quid impossibile h. e. respectu ejus, cui quid in testamento est adscriptum sive relictum; hoc enim per se difficile magis, quàm impossibile censeretur, ideoque omnino adimplendum est. l. 4. §. 1. ff. de stat. liber. Hoc tamen aliquando pro impleto habetur, ut si in personam tertii collatum sit l. 1. C. de instit. & substit. plenius Bachov. 2. Disp. 13. th. 6.

TH. LXXXII. Pariter etiam dubia dispositio testamentaria interpretanda est secundum consuetudinem & observantiam, quæ viget in ea civitate, in qua confecta est depositio à testatore l. 50. §. ult. ubi. Dd. ff. de legat. 1. l. 18. §. ult. in f. ff. de fund. instrum. & instrum. leg. Mev. Consil. 98. num. 37. Consuetudo enim optima est legum interpres. l. 23. ff. de LL. l. 37. ff. eod. diciturque forma & quasi alterum jus naturale, ac proinde omnia potest. Card. Tusch. practicar. Conclus. tom. 2. lit. C. Conclus. 206. num. 16. & observantia, tollit omne dubium. Joh. Vincent. Hondet. Consil. 6. n. 36. vol. 1.

TH. LXXXIII. Quid verò juris est si causis dubiis obveniat, nec à lege, nec à consuetudine, decisus, an simile legis observandum sit, an verò simile consuetudinis, quaeritur? & communis Doctorum schola statuit, si casus obveniens sit de materia consuetudinis, quod attendendum sit simile consuetudinis, sin verò casus ille dubius sit de materia legis, observandum sit aliud simile rationabile, sin autem utrumque sit rationabile, tunc recurrendum sit ad simile legis.

TH. LXXXIV. Præterea ea assumenda est interpretatio, quæ rei gerendæ est aptior & quæ absurdò caret. Ut puta, dixit testator, si qua filia mihi genita erit, hæres meus ei centum dato, pluribus

bus natis, creditur defunctus voluisse singulis centum dare propter
 charitatem & necessitudinem, quam censetur habuisse erga filias.
l. 17. §. 1. ff. de leg. 1. Item, si quis mihi filius aut filia genitus fuerit,
 hæres esto, alterò duntaxat natò, Sejus excluditur. *l. 13. §. ult. ff. de
 reb. dub.* nam & conjuncta pro disjunctis accipiuntur, & disjuncta
 pro conjunctis, interdum soluta pro separatis in casibus expressis.
l. 53. ff. d. V. S. Itaque cum hæreditas vel fideicommissum hõc mo-
 dõ adscriptum est: Titius vel Mævius hæres esto, Titio vel Mævio
 decem do lego, certè uterque hæreditatem vel fideicommissum ac-
 cipiet pro æquis portionibus. *l. 4. C. d. V. S.*

Th. LXXXV. Quòd si minimè intelligatur, quod scriptum
 vel actum est, perinde est, ac si id scriptum non esset, veluti, si ita de-
 letum sit testamentum, ut planè legi non possit, vel cum pater fi-
 lius suis Titium tutorem dederit, nec intelligi potest, de quonam sen-
 serit, cum plures sint Titii, certè ipsa datio nullius est momenti. *l. 30.
 ff. de testam. tutel.*

Th. LXXXVI. Quòd si autem in testamento inciso lini &
 sigillorum facta sint & utrumque argumenta sic suadentia ad-
 sint, hæc pro revocatione testamenti habenda nequaquam est,
 tum quia justius & tutius est in dubio benigniorem interpretatio-
 ne sequi, *l. 3. ff. de his que in testam. del.* tum quia semper in du-
 bio pro testamento & ut illud sustineatur, pronuncandum est.
Mev. Consil. 98. num. 17. Sin autem res quidem dubia aut verba ge-
 neralia, indefinita, obscura, vel ambigua sint, interpretatio ex
 bono & æquo & secundum jus fieri debet, veluti si quis vocet pro-
 ximos ad hæreditatem, aut fideicommissum, censetur saltem eos
 respexisse, qui lege vel consuetudine proximiores sunt, hæres
 quoque qui legata promisit solvere simpliciter, nihilominus quar-
 tam ex L. Falcidia detrahere potest.

Th. LXXXVII. Deinde dubia testamenti verba secundum
 qualitatem personarum, inter quas proferuntur, intelliguntur &
 restringuntur, neque de persona ad personam extenduntur. Ex-
 pediti enim juris est, quando voluntatis quæstio ex verbis prola-
 tis est decidenda, quòd non tam secundum propriam juris signi-
 ficationem ea accipienda, quàm secundum personam pro-
 feren-

ferentis intelligenda sint. *l. 12. §. 4. ff. de us. & habit. l. ii. in pr. ibid.* quia qualitas loquentis intelligentiam verbi causat. *c. solitaria. 6. X. de major. & obed.* Hinc si testator prohibeat, bona sua alienari extra familiam, prohibitio intelligenda est de familia testatoris prohibentis, non alterius. *l. 30. in f. C. de fideicommiss. Bartol. & alii Dd. in l. peto. 69. §. 3. ff. de legat. 2. & verba ejusmodi ambigua testatoris, quæ possunt intelligi tam testatore, quam etiam de hærede, potius intelligenda sunt de persona testatoris & defuncti, quàm de hæredis & succedentis. l. 59. in pr. l. 17. in pr. ff. ad SC. Trebell.* Sic relativum *Eidem* in testamento positum, quod partim testatori, partim instituto applicari potest, referendum potius est ad testatorem. Anton. Quett. *Consil. 25. num. 13. fol. 113.* Quod adeo verum est, ut etiam verba improprie, quod personis accommodentur, ad quas referuntur. *l. 4. ff. locat.*

TH. LXXXVIII. Denique antecedentia & consequentia probe sunt attendenda. *l. 50. §. 1. ff. de legat. 1. l. 18. §. ult. ff. de fund. instr.* Igitur quando antecedentia sunt expressa certa; consequentia vero dubia, generalia & incerta, tunc optime ex antecedentibus colliguntur consequentium intellectus, sin vero antecedentia aliqua generalitate & incertitudine laborent, consequentia contra sint determinata & expressa, tunc consequentia interpretationem commodam recipiunt ex antecedentibus. *l. 15. C. de fideicommiss.* Quod si vero vox aliqua occurrat, quæ multifarie possit intelligi, tunc hæc eâ modò accipiat, quò reperitur accepta à testatore in alia parte testamenti. *l. 17. pr. ff. de legat. 1.* Ea tamen semper interpretatio prævalet, per quam voluntas ultima conservatur. *l. 12. & 21. ff. de reb. dub.*

TH. LXXXIX. Quod si verò duæ dispositiones contrariæ sibi invicem reperiantur, tunc posterior dispositio prævalet & derogat priori: illa enim semper ultimam voluntatem continere præsumitur, quin & si unò eodemque testamento duæ periodi sibi adversentur & contrariantur, ita ut hæc commodè interpretari non possint, postremæ periodo standum est, sic quando ab initio testator hæredes instituat inæqualiter, postea vero di-

dicat, se velle eos æqualiter succedere, ultimum amplectendam est: posteriora enim semper derogant prioribus.

D E
CODICILLIS DVBIIS.

S Y M M A R I A.

XC. Quatenus Codicilli & Testamentum conveniant. XCI. Si Testamentum & Codicilli sibi invicem contrariantur quid juris? XCII. Quid denique si plurium Codicillorum verba sint dissona? XCIII. Clausula Codicillaris ab ipso testatore adjecta sit necesse est. XCIV. Num hæc citra iussum specialem à Notario adjecta in dubio præsumatur testatoris voluntate apposta.

T H E S. X C.

Sequitur nunc ultima voluntas obliqua, quæ sit per Codicillos, de quibus ante omnia notandum est, quòd hi quatenus testamentò continentur, ad illud etiam referantur, atque ex eo interpretationem recipiant commodam, cum testamentum & Codicillus tali casu pro una eademque habeantur dispositione. l. 16. ff. de jur. codicill. l. 1. in pr. C. eod. tit. & pars ejus intelligantur. l. 14. circa pr. ff. de jur. Codicill. l. pen. ff. testam. quemadmodum aper. viresque ex illo capiant. l. 3. §. ult. ff. de jur. Codicill. uti etiam appellatione testamenti ex larga significatione venire videntur Jason. in l. si idem 7. C. de Codicill. Quæcunque enim in Codicillis scripta sunt, perinde habentur, ac si in testamento essent scripta. l. 1. §. 2. ff. de jur. codicill. textusque loquens de testamentis, extendendus etiam est ad Codicillos. arg. l. filium habeo. 14. ff. ad SC. Macedon præsertim si una eademque ratio militet pro testamentis & Codicillis. Vid. Carpzov. l. 6. t. 2. Resp. 20. num. 6.

Th. XCI. Hinc si testator in testamento & codicillis contrarium disponat, illud ita intelligendum est, ut testamentum & codicillus sibi invicem non contradicant, quod si verò contradicatio tolli non possit, tunc posterior voluntas est observanda & præferenda, nam ea quæ postea geruntur, derogant prioribus, valetque semper novissima voluntas. l. 12. §. ult. ff. de legat. 1. l. 87. ff. de condit. & demonstrat. l. 19. C. de fideicommiss. l. 6. §. 2. ff. de jur. codicill.

Th. XCII. Sin verò plures Codicillos, quorum verba sunt dissona, quis fecerit, & in prioribus codicillis certas quasdam res alicui legaverit, in posterioribus verò eas rursus eidem ademerit, tunc cum plures codicilli sibi invicem contrarii subsistere non possint, codicilli posteriores, diversò tempore dissonâ voluntate confecti, tollunt priores: prior enim dispositio discrepans & contrariam à posteriori voluntatem continens hâc ratione revocatur. l. cum proponatis. 3. C. de codicill. Quod verum est, si tempus horum certum sit, ita ut quis prior, quis verò posterior sit conditus, constet: aliâs enim, si hæc deficient requisita, neuter horum propter incertitudinem quicquam efficiet, aut valet, quia hîc non deficit jus, sed probatio. l. 30. ff. de testam. tutel.

Th. XCIII. Hodie in testamentis frequens est clausula codicillaris, de cujus formula videatur Richter. Decif. 63. n. 2. §. 3. & Noricus. in addit. ad §. 1. f. de Codicill. Zepperus tr. d. clausula Codicillari, quæ testamento apposita defectum solennitatis supplet l. f. C. de codicill. l. n. ff. de manumiss. testam. vitium autem in institutione commissum supplere nequit. Requiritur autem, ut ab ipso testatore hæc clausula codicillaris sit adjecta & expressa. l. 1. ff. de jur. codicill. l. coheredi 41. §. cum filia. 2. ff. de vulgar. & pupillar. substit. non etiam subintelligitur in dubio, ideoque testamentum hâc clausulâ destitutum non valebit jure & in vim codicillorum, quia testator non creditur codicillos facere voluisse, nisi illud disertis verbis dixerit & expresserit. l. 1. ff. de jur. codicill. l. ult. C. cod. tit. l. pen. §. ult. ff. de legat. 2. l. 3. ff. d.

ff. de testam. l. ult. C. eod. tit. Exceptio est in testamento inter liberos, vel ad pias causas: his enim in casibus speciali jure receptum & cautum est, ut clausula hæc subintelligatur, ratio est favor & privilegium liberorum atque piæ causæ Anton. Fab. *in Cod. l. 6. t. 5. def. 7. n. 4.* Hartman. Pistor. *p. 4. quest. 9. n. 19.* Idem est in testamento militis. Gothofred. *in l. ult. S. 1. lit. L. C. de codicill. per l. 2. ff. de militar. testam.*

TH. XCIV. Quid verò obtinet, si clausula hæc codicillaris citra jussum testatoris expressum s. speciale adjecta sit, an præsumitur ex voluntate testatoris, an potius consuetudine Notariorum adjecta? Resp. affirmando prius, propterea quòd in dubio hîc voluntas testatoris, si non specialis, tamen generalis præsumatur: eò ipsò enim dum testator jubet testamentum suum scribi à Notario, præsumitur simul voluisse, ut ponantur in testamento suo clausulæ ex communi usu testantium & sribentium in testamentis quæ solent adhiberi. Mascard. *l. 2. de probat. Conclus. 1102.* Imo scripta à Notario præsumuntur scripta voluntate ejus, qui rogavit Notarium. Bald. *l. 2. Consil. 158. in f. & intelligitur Notarius semper apponere rogatus consuetas clausulas.* Alexand. *l. 2. Consil. 27. n. 2. ibi: accedit ad confirmationem.* Et hæc decisio nihil ampliùs post se relinquit dubii. An verò dicta clausula codicillaris quicquam effectus habeat in testamento natiuitate posthumi rupto, de eo videatur Gail. *l. 2. O. 114. per tot.*

DE DVBIIS LEGATIS

ET
EIDEICOMMISSIS.

SVMMARIA.

XCIV. *Quatenus legatum & fideicommissum testamentis accedant.* XCVI. *Interpretatio faciendæ, ne pereat legatum.*

tum. XCVII. *Plenior interpretatio est facienda.* XCIIX. *Nummis indistincte legatis in dubio minimi debentur.* XCIX. *In legatis æquum & bonum est observandum.* C. *Si Studiosus Studioso chartas universis legaverit, libri debentur.* CI. *Quatenus singulis mensibus legatum debeatur.* CII. *In legato ob certam causam quid juris sit?* CIII. *Verisimile observandum.* CIV. *In qua moneta solvendum legatum.* CV. *Legatarii charitas & necessitudo inspicienda.* CVI. *Contra quem, an contra heredem, an verò contra legatarium fiat interpretatio?* CVII. *Fideicommissum generale favorabilius est particulari.* CIIIX. *Regulariter fideicommissa amplianda & extendenda sunt per causam.* CIX. *Legatum fideicommissò favorabilius est.*

THES. XCV.

Testamenti accedunt *legata & fideicommissa particularia, non quidem ut pars essentialis, nec ut subjectiva, sive species testamenti, nec ut integralis, sed ut accidens.* Strauch. *ad univers. Jus Diff. 10. Aph. 1.* Quoniam verò fideicommissa legatis & vice versa in omnibus & per omnia exæquata sunt, scil. ut qualia & ratione effectus, non verò ratione essentia, quasi legatum sit fideicommissum & contrà. §. 3. *l. de legat. l. 1. ff. de legat. 1.* Strauch. *2. Diff. 10. Aph. 2.* itaque ea hic jungam.

TH. XCVI. Et quidem observandum & notandum est de legatis, quòd horum verba ambigua ita sunt interpretanda, ut legatum potiùs valeat & consistat, quàm ut pereat, ratio est præsumta testatoris voluntas.

TH. XCVII. Itaque interpretatio plenior fiat defunctique mens & voluntas probè consideretur. Hinc, vinò legarò, propter præsumtam testatoris voluntatem vasa quoque debentur. *l. 3. §. 1. ff. de tris. vin. ol. leg.* cum credibile sit, mentem testatoris eam esse,

esse, ut voluerit accessionem vini esse amphoras. Bartol. in *l. cum gni* 55. §. *qui ita* 4. ff. de *V. O.* Quid verò statuendum est, si legetur castrum cum pertinentiis, an etiam bona particularia & prædia, quæ ibi possidentur, à testatore in dubio legata censentur? quod affirmatur ideo, quòd verbum pertinere latissimam habeat significationem. *l. 181. ff. d. V. S.* à qua non præsumitur recessisse legans in dubio, & ideo pertinentiarum nomine contineri videntur, quæ quoquò modò castro accedunt, & ad illud spectant, qualia sunt prædia, molendina & alia bona, quæ dominus habet in eodem loco. Videatur pluribus Fachin. *l. 5. Controvers. c. 66.*

TH. XCIIIX. Hæc autem interpretatio plenior tunc locum habet, si de voluntate legantis aliquòd modò ex conjecturis constare possit, Wesenbec. 2. *Consil. 89. num. 10.* Secus est, si hæc deficiant, tunc enim verba strictè sunt accipienda. Natta *Consil. 626. num. 21.* & ita, ut semper minimum vel mediocre legatum censetur. *l. 31. ff. de aur. & arg. leg.* Itaque receptum est, ut, numeris indistinctè legatis, in dubio minimi & exiguiore debeantur. *l. 75. ff. de legat. 3.* Sic etiam si testator duos fundos ejusdem nominis, sed diversi pretii habeat unumque ex his leget, nec legatarius doceat, majoris pretii fundum sibi relictum esse in dubio minorem legatum dicemus. *l. cum servus. 39. §. scio. 6. ff. de legat. 1.* Ratio specialis in legatis hæc redditur, quòd in dubio semper testator intelligatur gravare velle hæredem in eo, quod minus est. *l. 67. §. 3. ff. de legat. 2. add. l. 38. ff. de usufr. leg. l. 47. ff. de legat. 2.* ibique Brunnem. Carpoz. *lib. 6. Resp. 27. n. 12.*

TH. XCIX. Ex æquo etiam & bono & secundum jus intelligenda sunt verba; veluti si quis proximos vocet ad hæreditatem, aut fideicommissum, censetur de iis, qui lege vel consuetudine proximiores sunt, sensisse, hæres quoque qui promisit, se simpliciter solutarum legata nihilominus potest detrahere quartam ex *L. Falcidia.* Sic legatum relictum agnatis, cognatis, aut familiaribus, eos tantum comprehendit, qui tempore mortis ipsius testatoris de jus familia vel cognatione erunt. *l. si cognatis. 19. ff. de reb. dub.*

TH. C. Qualitas utique personæ inspicienda. *l. 50. §. 3. ff. de leg.*

leg. 1. l. 14. ff. de ann. leg. Unde eleganter responsum est: si Studiosus Studioſo chartas univerſas legaverit, libros deberi, quamvis aliàs chartarum nomine libri non contineantur. *l. 52. §. 4. ff. de legat. 3.*

TH. CI. An & rei ipsius legata natura attendenda? Resp. omnino: si enim alimenta alicui legata sint annua, non verò conventionē, vel dispositione testatoris certus dies certumque tempus exsolutioni horum legatorum annuorum præſinitum sit, regulariter singulò manſe debentur alimenta. *l. ult. ff. de liber. agnoſc. l. pecunia. 8. in fin. ff. de aliment. & cibar. leg.* modo alimenta sint talia, ut brevi non corrumpantur, sed in menſes ſervari poſſint. Bald. *in l. 1. num. 3. C. de fideicommiſſ.* Quòd si autem à pluribus uni præſtanda ſint alimenta, diviſio fiat inter eos, & unus præſtet unò menſe, alius verò aliò menſe, ne præſtatio confundatur. Quæ tamen tantùm vera ſunt in iis alimentis, quæ per menſes commodè dividi poſſunt, & quorum diviſio neutrum hæredum gravat, ut frumenti, vini, olei. Aliud est in iis, quæ dividi non poſſant per menſes, vel æquo plus gravant hæredes, ut ſunt veſtimenta & calceamenta, hæc enim præſtanda ſunt, quando neceſſitas ſubest. *l. 12. §. 4. & 5. ff. qu. dies legat.* Carpzov. *l. 4. tit. 8. Reſp. 62. num. 9.* Quòd si verò pecunia pro alimentis in ſingulos annos relicta ſit, hæc in principio cujuſq; anni à vidua jure peti poteſt. *l. 8. verb. quod ingreſſu cujuſlibet anni. ff. de ann. leg. l. 11. ff. de uſa. & uſufruct. legat.* quia ejusmodi legatum in principio cujuſque anni purum habetur. *l. 4. & l. 12. ff. de ann. legat. l. 47. ff. de legat. 1. l. 84. ff. de legat. 2.*

TH. CII. Cauſa denique legatorum in dubio attendatur. *l. uxorem 41. in pr. ff. de legat. 3.* ex cauſa enim legatum regulari ſolet, & relictum ob cauſam determinatur ſecundum cauſam ſibi annexam. *l. Sejo. 10. ff. de ann. legat.* Bald. *in l. 1. n. 2. C. de legat.* Unde ſi legatum fuerit ob certam cauſam, veluti doris, alimentorum, vel ſtudii, tantum intelligitur eſſe relictum, quantum poſſit ſufficere, inſpectâ conditione perſonarum, ſi tamen facultates patiantur, Bartol. *in l. 1. n. 14. ff. de legat. 2.*

TH. CIII. Uti & illud, quod eſt veriſimile: ſi enim legatarius tale

tale quid admiserit, ignorante testatore, propter quod, si id ipse scivisset, legatum verisimiliter revocasset, legatum perinde habetur, ac si id fuisset ademtum. Bartol. in l. 1. C. de his que ut indign. Hinc si post legatum aut fideicommissum testamentò alicui relictum inter testatorem & legatarium inimicitiaz capitales & gravissimæ intervenerint, quæ non fuerunt reconciliatæ, verisimiliter præsumitur ademtum id, quod legatum est. l. 3. §. ult. ff. de adm. leg. l. 9. ff. de his que ut indign. Idque adeò verum est, ut licet testator post inimicitias illas ortas codicillos fecerit, nec in iis legatum aut fideicommissum legatario ademerit, non tamen debeatur. arg. l. 31. §. 2. & pen. ff. de adm. legat. Quod si verò inimicitiaz fuerint reconciliatæ, legatum redintegratur. l. 4. ff. de adm. legat.

TH. CIV. Ex quo etiam fundamento rectè dicitur, legatum exsolvendum esse in bonitate & valore monetæ eo, qui fuit tempore conditi testamenti & mortis testatoris, sive melior, sive deterior fuerit moneta tempore testamenti. Anton. in Tr. de variis nummorum debitor. solut. c. 19. non verò in ea moneta, quæ fuit tempore solutionis. l. 7. ff. de aur. & arg. leg. l. medico. 40. ff. eod. l. uxorem. 41. §. 4. ff. de legat. 3. l. 33. §. 1. ff. eod. tit. licet non nisi à die mortis legatum deberi possit. l. un. §. in novissimo. 5. C. de caduc. toll. nam retrahitur tunc debitum ad tempus conditi testamenti, perinde ac donatio mortis causa ad id tempus, quo facta est. l. 40. ff. de mort. caus. donat. Anton. Fab. Decad. 46. de error. pragmat. error. 5. Quid verò obtineat, si non satis constet, quonam locò legatum præstari voluerit testator ab hæredibus, si forsàn ea alibi reperiat, de eo videatur Carpov. l. 6. tit. 3. Resp. 28. n. 12. seqq.

TR. CV. Sæpissime quoque legatarii charitas & necessitudo spectanda est. Huc pertinet regula l. 168 ff. de R. I. quod factum est in obscuro, ex affectione cujusque interpretationem capit. Itaque legatum rei alienæ, relictum ab eo, qui putabat eam rem suam esse, valet, si proximæ & conjunctæ personæ relictum sit. l. cum alienam. 10. C. de legat. licet aliàs rei alienæ legatum ab ignorante testatore relictum regulariter non valeat, quia propter

pter affectionem & benevolentiam videtur legaturus fuisse, etiam si scivisset, rem esse alienam. l. 10. C. de leg. ii. Aliud exemplum est in l. 3. C. de inoffic. testam. in l. hæredes mei. 57. §. ult. ad SC. Trebell. vid. & l. 50. §. ult. ff. de legat. i.

Th. CVI. Corondi locò quaeritur, contra quem in legatis dubiis & incertis interpretatio fit facienda, an contra hæredem, an verò contra legatarios? Et videtur contra eum, qui agit; veluti si nomen fideicommissarii non sit adscriptum in testamento, vel codicillis, vel cum duo sunt Titii, & decem Titio relicta sunt, certè probatio ex parte fideicommissarii exigitur, alioqui legatum & fideicommissum est inutile propter deficientem probationem. l. 4. & l. 10. ff. de reb. dub. l. 8. §. 3. ff. de leg. 2. l. 32. §. 1. ff. de legat. i.

Th. CVII. Nunc de fideicommissis nonnulla dicenda sunt. De quibus sciendum est, quòd interpretanda sint, ut fideicommissario plenissimè prospiciatur: fideicommissa enim imitantur naturam testamentorum; quemadmodum igitur testamentorum favor maximus est, ita etiam fideicommissorum, siquidem fideicommissum est etiam species ultimæ voluntatis. l. 12. ff. d. R. I. Fideicommissum tamen universale est favorabilius particulari. l. 17. ff. si quis omiff. caus. testam. ideoque fideicommissum universale eandem interpretationem recipit, quam institutio. Hinc substitutio fideicommissaria sic intelligi debet, ne fiat inutilis. l. 16. ff. ad SC. Trebell. vid. l. 17. pr. ff. eod. tit. l. 33. ff. de vulgar. & pupillar. substit. ratio est præsumta testatoris voluntas.

Th. CIX. Hinc est, quòd regulariter fideicommissa amplientur, extendantur & declarentur per rationem & causam, quibus testator motus fuit ad faciendum fideicommissum, ita ut in iis ratio & causa potius, quàm verba expressa attendi debeant. h. cum patet. 77. §. dulcissimò. 20. ff. de legat. 2. l. cum virum. 16. C. de fideicommissis.

Th. CX. Quòd si verò dubium sit, an subsit legatum, an verò fideicommissum, tunc pronuntiandum est, fideicommissum non subsistere, quia legatum illò favorabilius est, Cephal. Consil. 45. n. 12. & Consil. 86. n. 15. atque sic fideicommissum in dubio tan-

tanquam odiosum excludit. l. 41. §. 2. ff. d. vulgar. & pupillar. subtit. Rol. à Valla *Consil.* 18. n. 8. & *Consil.* 80. n. 28. l. 4. Gædd. *Consil. Marpurgens.* 25. n. 2. vol. 1. Francisc. Niger. *Controvers. forens.* c. 281. num. 45. c. 521. n. 63. & c. 552. num. 57. Secus tamen est, quando favore familie fideicommissum fuit constitutum, tunc enim pro fideicommissio, tanquam favorabili, pronunciandum. Fular. *de fideicommiss. quest.* 290. num. 3. Cæterum cum legata & fideicommissa, uti in præcedentibus monitum fuit, sint exæquata, igitur quod de legatis dictum est, commodè etiam fideicommissis applicari poterit.

DE
DONATIONE MORTIS CAUSA
DV BIA.

SVMMARIA.

CX. In quibus nam donatio mortis causa & contractus differant? CXI. Mortis mentio donationi adjecta non semper donationem m. c. inducit. CXII. Si clausula de non revocanda donatione adjecta sit, quaritur, num pro donatione inter vivos, num m. c. sit reputanda?

THES. CX.

Donatio mortis causa strictè & propriè loquendo vera & absoluta donatio non est, l. 1. *in fin. pr. ff. de donat. mort. caus. l. 35. §. 2. ff. eod. tit.* sed refertur inter species ultimæ voluntatis. l. un. §. 14. ff. de caduc. toll. & quidem minus solennis. arg. l. ult. C. de codicill. quia quinque testes desiderat saltem. l. ult. in f. C. de codicill. Et quamvis, ut nonnulli rectè asserunt, quod principium & formam cum contractu conferatur, *Id. communiter in l. 2. ff. de leg.* Attamen non est negandum, hanc quoad effectum ad ultimas voluntates regulariter referri. Andr. Rauchbar. p. 2. q. 16. n. 10. Mozz. *de contractibus, tit. de donat. n. 21.* & quidem in specie

ad legata: quodeunque enim in legatis juris est, illud in mortis causa donationibus accipiendum est. *l. 37. ff. de mort. caus. donat. §. 1. l. de donat.* Differt tamen à legatis in eo, quòd donatio m. c. à vivente fiat transeatque ad donatarium, sed legatum in testamento aut codicillis relinquatur, alterò absente, donatio mortis causa extra testamentum, per modum contractus, alterò presente, D. Stryk. *ann. ad Instit. tit. de legat. in pr.* à contractu verò, quòd donatio mortis causa non transeat ad hæredes, bene tamen contractus. Bald. *in l. 2. C. de donat. Vinn. ad. §. 1. l. d. donat.*

Th. CXI. Et quamvis hæc donatio propter mortis suspicionem fiat, atramen ex eo, quòd mortis mentio fiat, non semper sequitur, ut m. c. donatio intelligatur. Non enim ad hanc donationem sufficit, si à moriente aut in periculo mortis posito quid donatum sit, nisi quis verbis declaraverit, se ob metum propinquæ mortis donasse, sive mortem se induxisse ad donandum, aliàs non tam mortis causa, quam morientis donatio præsumitur & dicitur. *l. 29. l. 42. ff. de donat.* Bene igitur verba mortis causâ donantis sunt perpendenda. In dubio tamen hæc donatio mortis causa facta præsumitur. *l. 42. pr. ff. de m. c. donat. §. l. 43. ff. sod. tit.* Vid. tamen Menoch. *l. 3. præsumt. 36. n. 2.* Modestin. Pistor. *p. l. q. 31. Richter. Decis. 22. num. 8.*

Th. CXII. Quid verò obtinet, si quis æger morbo gravi per mortis causa donationem, sicubi humanitus quippiam accideret, certam pecuniæ summam in aliquem conferre velit, & super hac mortis causa donatione jubeat instrumentum confici, in quo polliceatur, hanc donationem, tanquam perpetuò valituram, à se nunquam iri revocatum: Et wolle solche Ubergabe stet / fest und unwiederrufflich halten / an hujusmodi clausula derogatoria tantum efficiat, ut donator non mortis causa, sed potius inter vivos donare voluisse præsumatur? Quod posterius affirmo: hoc enim in casu, licet mortis mentio facta sit à donatore, quia tamen hæc ipsa clausula satis indicat ejus mentem & voluntatem, scil. quòd donationem statim & ante ejus mortem absolutè perfectam esse, ipseque magis donatarium, quàm se ipsum habere voluerit, proinde rectè concluditur, quòd hæc sit mortis causa donatio

se-

be

secundum dici & quoad externam verborum formam, non verò secundum esse & rei veritatem, de cujus substantia est, ut ante mortem non sit absolute perfecta, sed à futuro mortis eventu dependeat, l. 1. l. 32. l. 35. §. 2. ff. b. r. l. 13. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. Donatio inter vivos fit, ut nullò casu revocetur, & ubi ita donatur mortis causa, ut nullò casu revocetur, causa donandi magis est, quàm mortis causa donatio, & ideo perinde haberi debet, atque alia quævis inter vivos donatio. l. 27. ff. b. r. Requiritur tamen, ut prædicta clausula voluntate testatoris sit adjecta, secus enim est si ex taballionum consuetudine sit apposita, quorum multi multas diverforum instrumentorum colligunt clausulas, illasque postea omnibus instrumentis sine discrimine adjiciunt, ita, ut similes esse videantur psittacis, qui stant in palatiis dominorum, & quid loquantur, nesciunt, dicente Carpzov. l. 5. Resp. 55. num. 35.

DE

DUBIIS CIRCA PROCESSVM
JUDICIARIVM ORIVNDIS,
IN SPECIE

DE

LIBELLO.

SUMMARIA.

- CXIII. Reus petere potest, ut libellus, de cujus intentione dubitatur, rejiciatur. CXIV. Verba dubia in modum libellantis interpretanda sunt. CXV. Libellus interpretandus secundum intentionem actoris. CXVI. Judex debet sustinere libellum, quantum potest. CXVII. Alternativa petitio regulariter non est admittenda. CXVIII. Quatenus actionum cumlatio permissa.

Quamvis libellus, tanquam iudicii fundamentum, ad quod omnes actus regulentur, Scacc. de iudic. caus. civil. c. 5. n. 25. clarus & perspicuus esse debeat, C. 7. A. ad tit. d. edend. ib. 22. ut certa sententia, quæ libello conformis esse debet, ferri possit. §. 32. l. de ass. non enim recipitur dubius, obscurus, vel generalis, quæ nullâ interpretatione salvari potest, sed reus, ejusmodi libellò exhibitò, dubitans de intentione actoris, rectè petit, libellum rejici, seque absolvi, idque maximè, si actio ex eo elici non possit. Obrecht. de concip. libell. c. 19. num. 37. attamen hic non simpliciter est rejiciendus, sed videndum, annon adhuc commoda interpretatione salvari possit.

Th. CXIV. Itaque sciendum, quod dubia hujus & obscura verba in commodum libellantis & prout illi sèst favorabilius, & secundùm mentem atque intentionem sint interpretanda. l. 61. ff. de iudic. Gail. l. 1. O. 61. num. 16. & O. 66. num. 8. semper enim, sententiam & mentem proferentis, uti in omni re, ita & hic sequi debemus. l. 191. ff. d. V. s. l. 85. ff. d. R. 1. Intentio autem agentium vel disponentium non solum primaria, sed etiam secundaria attendenda venit: nam actus nostri voluntarii, aut verba, quibus geruntur, non operantur, nec operari possunt ultra intentionem agentium, nec contrarium aut alium effectum & finem, quam quem intendebat disponens. l. 12. C. de excusat. tutor. l. f. C. ne uxor. pro marit. l. 7. inf. C. d. usur.

Th. CXV. Et quamvis favorabiliores sint partes rei, quam actoris. l. 125. ff. de R. 1. attamen, quando agitur de interpretatione verbi, vel nominis obscuri & dubii in iudiciis, interpretatio fit secundùm intentionem actoris, non rei. Jason. l. 83. §. 1. n. 2. ff. de V. O. etiam si verba sint proflus impropianda. Bartol. & Dd. in l. 11. §. 2. ff. de iurejur. Gail. d. O. 66. n. 7. & in latissima significatione accipienda, ut includatur & comprehendatur intentio libellantis. Hartman. Pistor. 1. quest. pract. 45. n. 26. Quod tamen ita intelligendum est, ut procedat saltem in principio litis: in fine enim magis favendum est reo. Thom. de Thomasset. reg. 110. & 270. Gail. l. 1. O. 31. num. 1. vid. & cap. ex lito.

liverii. 3. de probat. e. ult. in pr. de re judic. l. in partes. 38. ff. b. r.

Th. CXVI. Est igitur, quod bene ponderemus ea, quæ tractantur, ita tamen ut non ad solam libelli conclusionem respiciamus. Fallunt enim, imò falluntur, qui judicem dicunt esse adstringendum ad solam conclusionem, quasi in ea tota petitio & vis iudicii consistat, imò fatuum putant judicem, qui ab illa discessit, id quæ mordicus tenent, ignorantes illud Ulpiani in l. 66. ff. de iudic. si quis intentione vel oratione ambigua usus sit, id, quod utilius ei est accipiendum est. Commodissimum itaque est, quando hæc ambigua aliqua oratio est, id accipi, quod res, de qua agitur, magis valeat, quam pereat. Hinc præcedentia & consequentia bene conjungantur: quæ enim in antecedentibus quis dixit, videtur etiam repetere voluisse in subsequenibus, ita ut conjecturis non minus verisimilibus hæc rerum facie locus esse possit: Judex enim sustineat libellum, quantum potest, si in prosecutione litis iustificetur. Nicol. Vall. *Tr. de reb. dub. & quest. in jur. controvers. Tract. 1. n. 19. seq.*

Th. CXVII. Alternativa petitio regulariter non est admitenda. l. 10. ff. de stipul. servor. l. 7. §. 4. ff. de injur. ratio est, quia alternatio etiam parit incertitudinem. *cap. f. de rescript. Gail. l. 1. O. 62. n. 1. l. 75. §. 5. ff. de V. O. nisi libellus aliter fieri non possit, ideo, quod causa obligationis sit alternativa. d. l. 75. §. 5. ff. de V. O. Plures exceptiones vid. apud Gail. d. O. 62. per tot. Carpov. l. 2. Consl. 109. n. 6. & 7. Et sanè in jure exempla passim occurrunt. l. 17. ff. de transact. l. 2. C. de edend. l. 3. C. commum. utriusque jud. vel incertitudo ex factò rei conventù oriatur.*

Th. CXVIII. Solent quandoque in uno eodemque libello plures actiones cumulari, quæ actionum cumulatio regulariter est permissa, & fundatur in. l. 11. ff. de iurisdic. habetque hanc rationem, quod si lit. lites facilius dirimantur, cum multo citius & molestius & sumptibus litis liberetur actor, si actiones simul proponat & perfequat, quam si unam post aliam instituat. Zanger *Præf. de Except. c. 1. num. 2.* Et quidem semper permissa crediuntur hæc

hæc actionum cumulatio in dubio, nisi expressè prohibita reperitur. Menoch. 6. *presumt.* 16. n. *ult.* Hinc qui allegat ineptam cumulationem, probet etiam in casu proposito eam esse ineptam. Cravert. *Consil.* 845. num. 6. *vers. unde qui prohibitam.* Limitantur tamen dicta, ut non permittatur cumulatio, quando plures actiones ex una eademque causa provenientes & descendentes unius electione tolluntur. l. 9. §. 1. ff. de *tribut. act.* deinde, si plures actiones sint contrariæ. l. 1. C. de *furt.* l. 14. & l. 16. C. de *in offic. testam.* & denique si plures actiones ita se habeant, ut sententia lata in una pariat exceptionem rei judicatæ in alia. l. 16. l. 18. ff. de *except.* Hæc tamen limitationes tum demum locum habere possunt, quoties adest cumulatio actionum copulativa non disjunctiva, sive alternativa: quoties enim dubitar actor, quomam genere actionis sibi experiendum sit, toties etiam rectè incompatibiles actiones sed alternative cumulat, cum hac tamen protestatione, quod scilicet ex una harum jus suum consequi velit. l. 1. §. 4. *quod legator.* Gail. l. 1. O. 63. n. 3. Zang. de *Excepi.* p. 2. r. 18. n. 15.

DE
DVBIO IN LITIS CON-
TESTATIONE

SVMMARIA.

CXIX. *Litis contestatio maximè necessaria est.* CXX. *Obscuram litis contestationem Judex rejicere debet.* CXXI. *Quid, si reus litem contestando, usurpet verbum: Nescio.*

THES. CXIX.

Libellum exhibitum sequitur *litis contestatio*, utpote basis, lapis angularis & radix, imò fundamentum totius judicii, cui omnia

omnia imitantur acta, quæ sunt vehiculum ad sententiam. Georg. Obrecht. *de liti contestat. cap. 10. num. 6.* Adeoque summopere necessaria, & requiritur in quibusvis causis & negotiis, tam civilibus, quam criminalibus *l. 15. §. 5. ff. ad SC. Turpill.* modò in criminalibus per accusationem in processu ordinario procedatur: aliud enim est, si per modum inquisitionis procedatur à iudice, quò casu non opus est solenni liti contestatione, sed responsio inquisiti ad articulos est instar liti contestationis ejusque locum supplet. Pe- retz. *ad C. tit. de lit. contestat. n. 7.* Berlich. *p. 1. Conclus. 26. n. 5.* Carpz. *p. 1. def. for. constit. 10. def. 8. & 19.*

TH. CXX. Itaque lite non sufficienter contestatà per reum, Iudex, quamvis pars non petat, ejusmodi insufficientem, genera- lem vel obscuram liti contestationem & verbis dubitativis factam rejicere, & reum ad specialem, puram & expressam adige- re debet. Vid. Eurfürstl. Sächs. Gerichts-Ordnung. *tit. 16. circa fin. vers.* und soll das richterliche Amt hierinnen suppliren. Dan. Moller. *ad Constit. El. 10. num. 8. p. 1.* nisi taliter qualificata sit liti contestatio, ut vel in affirmativam, vel in negativam trahi que- at responsionem, quod exemplis declarat Carpzov. *dec. 49. num. 16. seq.* & nisi generali statim annectatur specialis: nam non est au- diendus reus, qui conventus ad omnia & singula capita libelli e- jusque narrationem & conclusionem sine ambagibus apertè, ex- pressè & specificè, affirmativè, vel negativè non responder & sic litem contestatur, *R. 1. de anno 1654. §. Es sollen auch.* Et quidem verbis, quæ directò ad ipsam causam controversam referuntur. Dan. Moller. *ad d. constit. El. 10. n. 5. p. 1.* Carpzov. *l. 3. Resp. El. t. 4. resp. 32. num. 5. & seqq. & in Process. tit. 10. art. 3.* adeò ut nullum pe- nitus membrum, nullumque caput libelli reus præterire debeat. Carpzov. *d. art. 3. num. 52.* modò etiam narrata libelli ipsum negoti- um concernant. Carpz. *p. 1. def. for. c. 10. d. ult. & in process. d. art. 3. n. 59. & seqq.*

TH. CXXI. Quid verò si reus litem contestando usurpet vocabula nescio, vel ignoro, an ejusmodi responsio veram & legitimam liti contestationem importet? & Resp. affirmando. Carpzov. *l. 3. Resp. El. t. 4. R. 33. n. 25. seqq. & in process. d. art. 3. n.*

41. & seqq. Aliud verò statuendum est de responsione rei his verbis facta: Er sielle es dahin. Id. p. 1. Dec. 40. Ejusmodi tamen litis contestationem etiam admissam fuisse in supremo Appellationum judicio Dresdensi testis est Nicolai in process. c. 37. n. 20.

D E

DICTIS TESTIVM DVBIIS.

S Y M M A R I A.

- CXXII. *Probatio debet de necessitate concludere.* CXXIII. *Testes sint omni exceptione majores.* CXXIV. *Dubitantibus testibus non est credendum.* CXXV. *Dubia verba testium judicis committenda interpretationi.* CXXVI. *Testibus verisimilia deponentibus magis credendum.* CXXVII. *Etiam ob verisimilitudinem testi non jurato credendum.* CXXVIII. *Quà ratione testibus affirmantibus plus credatur, quàm negantibus.* CXXIX. *Dicta testium dubia interpretanda sunt secundum subjectam materiam.* CXXX. *Dicta testium dubia contra eum interpretanda sunt, qui testes produxit.*

T H E S. CXXII.

Facta litis contestatione injungenda est à judice probatio, & quidem jam actori, jam reo. Vid. Magnif. Dn. Struv. in jurispr. Rom. G. lib. 4. t. 11. §. 1. & quidem affirmanti, cap. 39. X. de sentent. excomm. quæ tamen non debet esse supervacua. arg. l. 14. §. 1. ff. ut legator. nom. cav. Carpzov. p. 1. c. 17. d. 25. num. 3. quia superflua omnia sunt reprobata. l. f. C. qui admitti ad honor. poss. nam probatio debet saltem de necessitate concludere, t. 39. ff. de pact. quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. 4. C. de legitim. bar.

T H. CXXIII.

TH. CXXIII. Cùm verò probatio diversimode fiat, vel per *testes*, vel per *instrumenta*, vel per *juramenta*, ideoque de singulis hic seorsim agam, & quidem primò de probatione, quæ fit per *testes*; in quibus requiritur, ut sint idonei, videlicet omni exceptione majores, quibus nulla macula impingi nequit, propter quam à testimonio exhibeando repellendi sint. *Jafon. in l. admo-*
nendi 13. ff. de jurejur.

TH. CXXIV. *Testes* itaque dubitantes variè & vacillantes ad testimonium non sunt admitendi, quia his non est credendum *l. 1. 2. 3. l. 21. §. ult. ff. d. testib. c. licet. 9. X. d. probat* cùm non possint facere apud alios, quod ipsis dicentibus non sit firmum. *Wesenbec. 2. Consil. 58. n. 22. Id. 1. Consil. 20. num. 6. testis enim, qui in uno vacillat & reprobatur, in omnibus sit suspectus. cap. fraternitatis. 4. X. de heret.*

TH. CXXV. Aliud tamen dicendum est, si dubia verba testes dixissent, hæc enim interpretationi judicis committuntur, *Wesenbec. ff. h. r. num. 6. post. med.* qui dicta eorum probè ponderet videatque an non testes discordes ad concordiam reduci queant. *cap. cum tamen. 16. X. de testib. Corp. Consil. Crim. 6. n. 1. Et hoc procedit non tantùm quando diversæ partis testes discordes reperiuntur, verùm etiam quando pro eadem parte producti testes sunt contrariè. Imol. in l. 83. §. 1. vers. & prædicta procedunt. ff. d. V. O.*

TH. CXXVI. Et quidem testes plures præferendi sunt paucioribus, *c. 32. X. de testib. l. 21. §. si testes. 3. ibidemque gloss. eod. ubi enim major est numerus, ibi major præsumitur veritas. cap. ecclesia 57. X. de elect.* Quod ita intelligendum est, si scilicet major numerus est sanior: quando enim circumstantiæ aliud svadent, ob quas minor numerus testium majori sit præferendus; veluti si pauciores verisimiliora deponant, tunc plus fidei habendum testibus deponentibus de verisimilibus, quàm deponentibus de non verisimilibus, quamvis illi minores, hi verò majores numero sint, dummodo verisimilitudo sit proxima & immediata rei, de qua agitur. *Lyc. §. f. ff. de legat. 1. l. 21. §. 3. ff. de testib. Idem etiam est, quando pauciores in specie deponunt: nam testibus*

duobus in specie deponentibus plus tribuendum est fidei, quam mille testibus deponentibus in genere. *Gail. de pignor. O. 22. n. 12.* Limitationem aliam habet *Imol. in cap. 10. X. de fid. instrumen- tor. & gl. in cap. 32. X. d. testib.*

Th. CXXXVII. Quod si verò testis juratus cum teste injurato concurrat, tunc testi jurato plus creditur, quam injurato; testis enim injuratus plenam fidem non facit, *l. 9. C. de testib. nec quicquam probat, sed tanquam illegitimus rejicitur, l. 9. l. 18. C. de testib. præsertim in criminalibus. Rosbach. præf. Civil. 1. 56. n. 2.* Aliud tamen obtinet, quando major verisimilitudo concurret pro dicto non jurati.

Th. CXXXIIX. Postea testibus affirmantibus plus fidei habe- tur quam negantibus. *Farinac. quest. 56. num. 200.* Quod tamen non procedit in criminalibus, in quibus tam negantibus, quam af- firmantibus creditur, quando de innocentia rei agitur, Neque, si testes deponerent pro reo, quo in casu negantibus pro reo mag- is creditur, quam contra reum affirmantibus. *gl. in d. cap. 32. X. d. test. b.* neque quando testes negando pro non delicto deponen- tibus, quam delictum affirmantibus, *Cæpoll. in Consil. Civ. 60. & in Consil. Crim. 1.* cum in dubio semper illa præsumtio sit capienda, quæ delictum excluditur, nec commissum esse censetur. *l. 51. ff. pro soc.*

Th. CXXXIX. Uterius testium dicta dubia interpretatio- nem recipiunt secundum subjectam materiam *Grammat. Consil. 39. num. 24.* quia ea interpretatio sumi debet in omnibus, ut talia sint subjecta, qualia prædicata demonstrant, vel à prædicatis per- mittuntur. *l. 10. ff. de interrog. in jur. fac. & interrogator. act. l. 32. ff. sol. matrim.*

Th. CXXX. Num verò dictæ testium dubia contra eum sunt interpretanda, qui testes produxit? *Affirmo:* qui enim probat, clarè apertèque debet probare, quod si non faciat, non prodest ei talis obscura probatio, ideoque sibi, non aliis imputet damnum, quod sentit suâ culpâ, cum is damnum sentire non vi- deatur, qui ex sua culpa damnum sentit. *l. 203. ff. de R. I. & da- mnifi-*

☀ (61) ☀
municans non tenetur, quando damnum habet admixtam cul-
pam damnificati. l. 23. ff. de negot. gest. l. 9. & 17. ff. eod. l. 52. §. ult.
ff. pro soc.

D E
INSTRUMENTIS DVBIIS

SVMMARIA.

CXXXI. Instrumentorum eadem que testium depositionum
est vis. CXXXII. Instrumenta etiam in dubio strictam
recipiunt interpretationem. CXXXIII. Instrumenta
non profunt nisi nominatis in iisdem. CXXXIV. Quid
vero obtinet, si producantur duo contraria instrumenta.

THES. CXXXI.

V^Isis testium depositionibus dubiis, pergendum ad probationem,
quæ fit per instrumenta: eadem enim instrumentorum, quæ
testium depositionum est auctoritas & vis in exercendis libris. l. 15.
C. de fid. instrum. Gothofred. ad d. l. 15. lit. G. vide tamen l. 3. C. de
minor se major. dix. & Brunnemann. ad d. l. 15. de fid. instrum.

Th. CXXXII. Instrumenta verò nihil aliud probant, quàm
quod in iis continetur, adedqve strictam recipiunt interpretationem,
l. 21. Ubi Bald. C. de probat. etiam in dubia, Menoch. de presum.
l. 1. pref. 122. num. 35. nec ultra expressa extenduntur: instrumen-
tum enim est stricti juris. Wesenbec. in Paratit. num. 7. ff. de fid. in-
strum. Unde vulgatum illud: quod instrumentum non cantat, nec
nos cantare debemus. l. 21. ubi Bald. C. de probat. Goedd. 1. Consil.
Marpurg. 26. num. 10. Quod verum est, si fit super materia stricta,
e. g. transactione & pacto, non etiam quoties apponitur contractui
bonæ fidei. Wesenbec. Consil. 51. num. 56. Cùm enim instrumen-
tum sit accessio tantùm contractus, cui apponitur, l. 4. ff. de pignor
ideoqve naturam contractus, cui apponitur, induere dicitur. l. 4. ff.
de usur.

H 3

Th.

TH. CXXXIII. Quapropter instrumenta non profunt nisi, nominatis in iisdem, aut successoribus universalibus, aut singularibus Brunnemann. *in repetit. Wesenbec. tit. de fid. instrum. eorumque* verbis semper creditur, nisi argumentis luce meridianâ clarioribus contrarium probetur, l. 18. C. de probat. cum pro instrumenti veritate semper præsumatur. d. l. 18. C. de probat. l. 7. C. de pos. hoc enim probatio probata & veritas apprensus dicitur, Bartol. *in l. 1. num. 8. ff. de nov. oper. nunciat. facitque rem clarissimam, imò apertissimam, Menoch. Consil. 7. num. 4. & Consil. 348. num. 1. maximè in antiqvis. Innocent. ad cap. 1. X. de probat. Quid obtineat si instrumentum se referat ad aliud, de eo videatur Carpozov. p. 1. c. 17. d. 4.*

TH. CXXXIV. Quid verò juris est, si producantur duo contraria instrumenta? Resp. tunc verisimili instrumento standum. Aldolvin. *Consil. 70. n. 49.* Instrumentum quoque publicum verisimiliter dicitur actum & pro eo semper in dubio iudicatur, Ruin. *Consil. 62. num. 4. vol. 4.* siquidem intentionem suam habere fundatam dicitur, qui instrumentum publicum pro se habet. Dec. *Consil. 307.* pro hoc enim sequentes oriuntur præsumptiones, quòd sit verum, quòd dicatur consensu partium conscriptum, & quòd sit solenne. Cum primis verò intervenisse creduntur solennitates intrinsecæ, quæ ex verbis colligi nequeunt, ut si scriptum sit. minorem vendidisse, non statim intelligitur tutoris auctoritas intervenisse, nisi id quoque scriptum sit, l. 30. ubi Dd. ff. d. V. O. huicque tamdiu creditur, donec probetur contrarium l. 13. C. de non numer. pecun. vel defectus solennitatis non opponatur. Gail. l. 2. O. 71. num. 6.

I N

CAVSIS DVBIIS LOCVS
EST IVRAMENTO,
IN SPECIE SVPPLETORIO.

SVM-

CXXXV. *Jusjurandum est species probationis.* CXXXVI. *Quando dubia est probatio ratione unius, jurejurando suppletorio locus est.* CXXXVII. *Quid juris sit, si uterque semiplenè probavit.* CXXXVIII. *Quibus hoc juramentum deferatur.* CXXXIX. *Et in quibus causis.* CXL. *Ut semiplena probatio juramento suppleri possit, verè non presuntivè concludendum est.* CXLI. *Semiplenè probat unicus testis.* CXLII. *Quibus non injungendum juramentum suppletorium.* CXLIII. *Quatenus testes singulares semiplenè probent.* CXLIV. *Privata scripturæ num locum faciant juramento suppletorio.* CXLV. *Quid juris est in libris rationum tutorum, curatorum, negotiorum gestorum?* CXLVI. *Mercatorum libri sub certis requisitis semiplenè probant.* CXLVII. *Quod tamen tantum restringitur ad causas commerciorum.* CXLIX. *Instrumentum publicum quamvis solennitate aliqua destitutum semiplenè probat.* CXLIX. *Quatenus comparatio literarum semiplenè probet.* CL. *Forma semiplenè probat in certis causis.*

THESES. CXXXV.

Communitè etiam jusjurandum dicitur probationis speciebus accenseri, & quidem tunc maximè, si probationis vox latè atque in sensu juridico sumatur pro rei scilicet dubiæ apud iudicem factæ ostensione. *arg. l. 3. & 4. C. de probat.* quæ certè etiam ope jurisjurandi fit. Non obstat, quòd juramentum magis ab onere probandi relevet. *l. 30. pr. de jurejur.* quia hoc respectu ejus, qui deservit, non autem ejus, qui præstat, verum est, Confer. Hahn. *in observat. ad Wesenbec. t. de probat. num. 1. & 3.* Mafer. *gnif. Dn. Præses in addit. ad Struv. S. I. C. Ex. 17. ib. l. lit. a. in f.*

ER

Est tamen jusjurandum probationis species non propria, nec vera, sed irregularis. *l. 5. §. 2. vers. quasi probatum.* ubi Salicet. & Alexand. *ff. de jurejur.* Hinc si statutum requirit probationem, non sufficit juramentum Wesenbec. *1. Consil. 36. num. 37.* scilicet si statutum mentionem facit probationis regularis, legitimæ & ordinariæ, ut quæ testes, instrumenta & similes modos, non verò per juramentum fieri debet & solet, secus tamen est, quando statuti verba sunt generalia. Videatur *c. statutum, 11. §. cum verò l. d. rescript. in 6.*

TH. CXXXVI. Inter juramenta autem, quibus ex autoritate judicis controversiæ terminantur, non ultimum locum juramentum suppletorium sibi vindicat; hoc enim à judice in causis dubiis, sive quando adest inopia & insufficientia probationum, causâ cognitâ uni litigantium intentionis suæ confirmandæ causæ injungitur, ideo, quòd controversia ita affecta sit, ut Judex nescire possit, cujus causam, spretò hòc juramentò, potiorè pronuciare debeat quòd semiplenè tantum quid probatum sit *l. f. C. de R. C. cap. f. X. de jurejur.* Donell. *de jurejur. cap. 11. n. 3. Umm. Dissp. 14. n. 68.* Magnif. Dn. Præses, *in addit. ad Struv. S. I. C. Ex. 17. 1b. 41. lit. a.* si verò actor planè nihil probavit, reus absolvitur, *l. 4. de edend.* quia tunc non inopia, sed defectus probationum adest.

TH. CXXXVII. Quid verò juris est, si uterque semiplenè probaverit? Resp. tunc Judex in rerum circumstantiis ponderare debet, quisnam graviorem & majorem semiplenam probationem & majorem veritatis & victoriæ præsumtionem pro se habeat, tunc illi juramentum imponendum suppletorium, sive actor sit, sive reus. Menoch. *l. 2. arb. judic. quest. cas. 190.* Ad datur Magnif. Dn. Præses *in addit. ad. Struv. S. I. C. d. Ex. 17. 1b. 43. lit. b.*

TH. CXXXVIII. Defertur autem hoc juramentum actori, ut plurimum verò reo suspicionibus gravato, intentionis suæ ulterius confirmandæ causa. *l. 31. ff. l. 3. C. h. t. Carpov. l. 3. jurisprud. Consistorial. def. 465. num. 15.* sive pars litigans illud perierit, & vel deãnitè, ut sibi deferatur, vel indefinitè, ut illi deferatur, modò

cui ratio juris id deferendum svadet, sive non, cum Judex non tantum ad petitionem partis, sed etiam non requisitus officium, modo ex actis constet illud desiderari, impertiri & imponere, possit, imò debeat & cogatur, ita ut is, cui deferendum fuisset, si illud factum non esset, tanquam gravatus appellare possit: necessitatis enim est, quod officii ratio iudici imponit.

Th. CXXXIX. Et quidem tam in actionibus realibus, quam personahbus. l. 3. §. 1. ff. de iurejur. bonæ fidei, quam stricti juris contractibus. l. 3. ibi: in aliis. C. d. 1. Quin & in quasi contractibus, delictis & quasi delictis, si civiliter agatur. Gl. in d. l. 3. Quando verò huic juramento locus sit in causa criminali, de eo videatur Carpov. p. 1. c. 23. d. 11. & gl. in d. l. 3.

Th. CXL. Ut autem semiplena probatio juramentò suppleri possit, necessariò & verè, non præsumtivè concludendum est. Mynsinger. 1. O. 68. num. 1. nisi præsumtionis sint graviores, efficaciores seu vehementiores. Mascard. 2. Conclus. 956. n. 7. Unde ob præsumtionem juris non levem, sed solidam & vehementem pro majori firmitate & cautela juramentum suppletorium deferri posse, notat Menoch. 1. præsumt. 82. num. 1. & 2. quod etiam ad præsumtionem hominis trahit d. l. num. 6. Quænam verò præsumtionem ad hoc juramentum sint sufficientes iudicis arbitrio relinquimus. Aliàs si contra semiplenam probationem aliquæ probationes vel præsumtionem juris vel hominis illam elidentes & extenuantes concurrant & militent, juramentum hoc deferri nequit. Menoch. 1. præf. 83. Anton. Fab. in c. 4. t. 1. num. 44. Mynsinger. 1. O. 68. n. 5. Magnif. Dn. Præses in addit. ad Struv. S. I. C. d. Ex. 17. tb. 43. ltr. β. in pr.

Th. CXLI. Inter semiplenæ verò probationis species, quas communiter Dd. ad juramentum suppletorium deferendum sufficientes arbitrantur, primas tenet semiplena probatio per unicum testem, duo enim testes plenam constituunt. l. 12. ff. de testib. cap. licet. 23. cap. 10. X. eod. tit. modò is sit omni exceptione major Mynsinger. 1. O. 68. n. 1. l. 14. in fin. C. de contrab. & committ. stipul. l. 18. C. de testib. si enim vel minima præsumtio sit contra testem, vel contra producentem, aut etiam contra ipsum te-

stimo-

stimonium, semiplena probatio dubia redditur, nec ejus ratio habetur. Carpzov. p. 1. c. 22. def. 5. n. 9. & 3.

Th. CXLII. Hinc testium numero omni exceptione majorum meritò eximuntur infames. l. 3. pr. ff. de testib. quales & usurarii. Azo in summ. C. de his qui not. infam. num. 19. propter amicitiam suspecti. l. 21. §. 3. ff. l. 17. C. de testib. Uti & qui legitime non fuerunt examinati, puta si adversa pars ad videndum jurare non sit citata. l. 19. cum Arch. seq. C. de testib. & cap. 2. X. cod. Num verò Judæo deferri hoc juramentum potest? Dist. Ziegler. Dissert. de juribus judæorum. cap. 5. §. 12. aut Judæo res est cum Christiano, aut cum alio Judæo. Priori casu negatur, non propterea, quòd circa Judæos servandus sit rigor, sed potiùs, quòd juramentum hoc fungatur vice testium. arg. l. f. C. de fideicommiss. Judæi autem tanquam viles & sublestæ fidei homines contra Christianum regulariter testimonium perhibere non possunt. l. 20. & l. 21. C. de hæret. Posteriori casu, cum inter duos Judæos causa agitur rectè juramentum suppletorium defertur Judæo, ideo quòd hæreticus contra hæreticum testis esse possit. l. 12. C. de hæret. & cap. si hæreticus. 2. quæst. 7. Stephan. Gratian. dist. forens. tom. 5. c. 842. n. 9. seqq.

Th. CXLIII. An verò testes singulares semiplenè probent, ita ut juramento suppletorio locus sit, Dd. adhuc variant propter cap. bonæ memoriæ. 23. vers. singuli tamen. X. de elect. cap. licet causam. 9. vers. quanquam. X. de probat. Sed nobis arridet sententia Farinac. Tr. de testib. qu. 64. num. 4. Hic enim distingvit (1) inter singularitatem obstativam sive contrariam, illi singulares planè nihil probant, ac proinde nec juramento suppletorio locum facere possunt. Welsenbec. in commentar. ff. de testib. num. 6. vers. singulares. (2) adminiculativam (quæ aliis cumulativa) quæ ejusmodi contrarietate non laborat, sed potiùs ad eundem finem, licet per diversa media tendat, atque in effectu conveniat Mynsing. 2. O. 20. v. c. si unus testis de numeratione, alter de confessione deponat, & illi non nisi vel semiplenè probant locumque juramento in supplementum tribuunt, vel quandoque plus, quàm semiplenè pro judicis arbitrio. vid. Carpzov. p. 1. c. 16. d. 40. n. 5. (3) subalter-

alternam five diversitatem, quando testes de diversis actibus depo-
nendo diversitatem in re, in substantia & in effectu inducunt, ut si
unus de illo loco & illo tempore, alius de alio & alio loco tempore
prober, in his maximum erit judicantis arbitrium. Hahn. in *Ob-*
servat. ad Wesenbec. t. de testib., add. Carpzov. 3. t. 7. R. 66.

Th. CXLIV. Privata Scripturæ, quæ quis propriâ auctoritate
& annotatione debitorem constituit, parùm imò nihil fidei habe-
tur. l. 7. C. de probat. ut proinde rationis defuncti in bonis ejus in-
ventæ, debitam quantitatem sufficienter non probent. l. 6. § 7.
C. d. t. nisi defunctus fuerit vir bonæ opinionis & famæ in gradu
præcellente, ac liber debitâ consuetudine rationum formâ pollens
data & accepta contineat, & ante litem motam scribens decesserit,
tunc pro ejus hærede vel præsumptionem secundùm Gail. 2. O.
20. num. 4. vel semiplenam probationem inducit juxta Boër. *Decis.*
105. num. 5. Ita ut hæredi rationes defuncti producenti & de facto
instructo jusjurandum suppletorium Judex deferre teneatur uti re-
fert Sichard. ad l. 6. C. de probat. n. 6. § 7.

Th. CXLV. Libri rationum tutorum, curatorum, negotio-
rum gestorum pro scribente absque aliis adminiculis fidem non
faciunt. Dec. in l. 1. C. de edend. § cap. 2. num. 17. X. de fid. instrum.
si tamen contineant summas & maximè verisimiles, data & accepta
clare & distinctè l. 82. l. iii. ff. de condit. & demonstrat. additò die
& consule. l. 1. §. 2. in ff. de edend. l. 4. C. de navicul. lib. ii. & Ju-
dex impendia rerum & alimenta pupillorum verisimiliter tanti con-
stitisse deprehendat. arg. l. f. C. de alim. pupill. præstand. pro ejus
arbitrio tunc semiplenè probant & juramentò suppleri poterunt.
arg. l. 36. §. 2. in f. ibi: hæc domini domus sacramentò dirimetur. C.
de donat.

Th. CXLVI. Ut mercatorum libri vim semiplenæ probatio-
nis habeant locumque juramento suppletorio faciant, concurrere
debent hæc requisita (1) ut mercator sit homo bonæ famæ, &
veritatem scribere sit solitus. arg. l. 13. §. 1. ff. d. usur. Gail. 2. O. 2.
n. 2. §. 3. (2) causa debiti sit expressa. l. 25. §. f. ff. de probat. aliàs
stipulanti non expressam causam habenti doli exceptio obstat.
l. 2. §. 3. ff. de dol. mal. except. quia scriptura sola non est modus
con-

constituendī obligationem. Sichard. *ad. l. 3. n. 36. C. de R. C.* (3) libri data & accepta cum dierum assignatione contineant. *arg. l. 82. ff. de condit. & demonstrat.* (4) Rationes vel manu ipsius mercatoris, vel ab administratore, infitore aliave certa persona honesta fideque digna sint consignata. H. Pistor. *O. 86. num. 15. vers. siquidem ad administratione. &c.* Carpzov. *p. 1. c. 17. d. 55. & l. 3. i. 6. R. 58. n. 14.*

TH. CXLVII. Et hæc, quæ de mercatorum libris dicta ad causas commerciorum & negotiationis solummodo restringimus. *arg. l. 3. §. 1. in ff. nau. caupon. Gail. d. l. n. 8. Carpzov. d. l. d. 38. cum mercatores ob emtorum penuriam de mercium venditarum pretio plerumque ipsorum fidem sequi cogantur* Bachov. *ad Treutler. vol. 2. d. 2. ib. 2. lit. b. in f. & mercium emtoribus sine chirographo credere soleant, ideo æquitati conformius erit, plus roboris & firmitatis libris illorum tribui, cum & aliis in causis mercatorum non apices juris, sed æquitas potius & bona fides observanda sit. l. 29. §. 4. ff. mandat.* Insuper hic notandum, libros mercatorum, etiam ipsorum morte confirmatos, plenè non probare, priusquam hæredes in supplementum juraverint. Carpzov. *6. 1. 10. R. 121. Diss. Gail. 2. O. 43. num. 6.*

TH. CXLIX. Instrumentum publicum solennitate aliquâ destitutum, tantum vim semiplenæ probationis habeat, ut iuramento suppletorio confirmari possit, quæstionis est. e. g. frinstrumentum non Notarii sigillò, sed privati cujusdam sit munitum, quod affirmo. Vid. Richter. *p. 1. Dec. 32. num. 27. in f.*

TH. CXLIX. Comparatio literarum & sigillorum concordans similitudo per omnia inveniatur. Carpzov. *p. 1. c. 17. def. 15. num. 4. sin verò aliqua dissimilitudo appareat, non nisi semiplenam. Mascard. vol. 2. c. 230. num. 22. Setfer. de juram. 4. c. 12. num. 10. quæ à producente iuramentò suppleri potest. Vid. Menoch. 2. A. I. Q. cas. 114. num. 8. & 9. Quomodo verò instituenda sit hæc comparatio ostendit. l. 20. & Arb. ad hæc. C. d. fid. instrum. Carpzov. 3. 1. 8. R. 84. n. 13.*

TH. CL. An & fama semiplenè probat? Resp. regulariter in civilibus Mynsinger. *5. O. 46. n. 1. (exceptis quibusdam casibus, quos contempsit Berlich. p. 1. Conclus. 86. n. 76. & seqq. in quibus etiam plenè*

nè probat.) Quomodo autem fama probetur, videre licet ex Myn-
finger. *d. l. num. 3. & seqq.* Et quando locum faciat juramento sup-
pletorio iudicis arbitrio relinquimus.

DE
JVRAMENTO PURGATORIO
IN CAUSA DVBIA.

SVMMARIA.

- CLI. *Juramentum purgatorium imponitur ei, contra quem
presumptiones militat.* CLII. *Quibus hoc juramentum
injungatur.* CLIII. *In certis casibus reo imponendum
hoc juramentum.* CLIV. *Juramentum purgatorium
defertur etiam ad matrimonium dissolvendum.* CLV.
*Si quis confessus sit stuprum, negaverit verò promissio-
nem matrimonii, num etiam ratione hujus imponendum
juramentum purgatorium.*

THES. II.

Juramentum suppletorium excipit juramentum purgationis quod
Iudex, causâ cognitâ imponit ei contra quem presumptiones mi-
litant, ut se iis per illud eximat & causâ dubia decidatur. Struv. *S. I.
C. Ex. 17. ib. 44.* In iis enim casibus, in quibus juramentum supple-
torium locum non habet, non statim reus absolvendus est, cum ex
semiplena probatione presumtio contra eum oriatur, licet ad con-
demnandum imbecillior; sed in ejus locum juramentum purgato-
rium defertur, quò semiplenam probationem, vel presumptiones
contra fe militantes amoliri debet. Mascard. *Vol. 2. Conclus. 956. n.
29.* Carpzov. *p. I. c. 22. d. 14.* Strauch. *d. juram suppletor. c. 3. §. 10.*
Hinc Carpz. *process. civil. tit. 12. art. 2. n. 24.* dicit: juramentum sup-
pletorium quandoq; degenerat in purgatorium. Add. *l. 34. §. pen. b.*
Quandocumque ergo reus propriâ confessione, vel testibus, vel facti
ipius evidentiâ de crimine convinci non potest, non idcirco statim
absol-

absolvendus est, sed si laboret infamiâ aut gravi scandalô, aut aliâs o-
neratus sit verisimili suspicione criminis, indicenda erit illi purgatio,
quâ jurejurando innocentiam suam testatur.

Th. CLII. Injungit verò hoc juramentum purgationis Ju-
dex competens, qui nimirum de negotio cognoscere potest, de
quo reus infamatur. *cap. 15. X. de purg. can. & quidem ut plurimum*
reo, suspencionibus gravato. l. ult. §. 5. C. de jur. dom. impetrand.
avib. jure novo. C. de pen. judic. qui male judic. C. 1. & ult. passim. X.
de purg. can. interdum verò aëtori, ratione scil. exceptionis, etiam
ex officio. l. 6. §. 4. vers. scubi. C. de his qui ad Eccles. cap. 15. in f. X. de
purgat. can. Carpzov. d. process. t. 12. art. 3. n. 1. seqq. & partibus non
petentibus. Berlich. p. 1. Conclus. 53. num. 36. & seqq. Carpzov.
p. 1. c. 22. d. 15.

Th. CLIII. Et quidem maximè locum habet hoc juramen-
tum in causis arduis & gravioribus, ubi in indicia & præsumptiones
contra reum militant, nec tamen argumentis convinci potest. *l. 6.*
§. 9. C. de his qui ad Eccles. l. f. C. de fid. instrum. ut in matrimonio:
nihil enim obstat, quò minus audiatur juramentum deferens in
causis matrimonialibus, modò hoc fiat affirmativè, pro confirman-
do matrimonio, e. g. si puella conventa dicat: volo esse uxor tua,
si juraveris, negativum autem juramentum reo neganti ad dissol-
vendum matrimonium deferre haud licet. Schneidewin. ad §. 11.
num. 26. & seqq. j. de aët. Borcholt. in Tr. de jurejur. cap. 5. n. 23.
Gail. l. 2. O. 94. n. 13. & seqq.

Th. CLIV. Sunt tamen casus, in quibus juramentum purga-
tionis etiam ad matrimonium dissolvendum reo à giudice deferri
potest, ut puta, si aëtor instructus haud sit ejusmodi probationibus,
quibus promissionem de contrahendo matrimonio factam de-
monstrare valeat: hoc enim casu iniquissimum profectò esset re-
um indifferenter absolvi, ideo, quod negativum juramentum ad
dissolvendum matrimonium deferri nequeat: posset enim reus e-
jusmodi suspencionibus gravari, ut vix quisquam dubitet de facta
promissione, quæ tamen plenè probari haud queat. Rectè itaque
reo injungitur hoc jusjurandum ad dissolvendum quantumvis ma-
trimonium, ut scil. inficiationem suam jurejurando confirmet & à
pro-

promissione ab actione præsentia se liberet. Schneidew. *ad. §. item si quis postulante*, 11. n. 32. *l. de act.*, vid. *Constit. El. 22. in pr. p. 1. num. 10.* atque ad eam Dan. Moller. Carpz. *in Jurisprud. Constit. l. 3. s. 4. def. 45. per tot.*

Th. CLV. At quid habendum de confessione stupri, an hæc sola erit indicium sufficiens, ut stupratori, neganti tantum promissionem matrimonii, quam tamen stuprata constanter confirmat, imponi potest juramentum purgatorium? Affirmatur hoc secundum Beust. *de sponsal. & matrim. p. 1. c. 47.* ideo quod ex copulæ confessione præsumatur pro matrimonio. *arg. cap. tua nos. 26. X. de sponsal.* deinde quod semper in dubio ea præsumtio sit arripienda, quod cognoscens aliquam credatur eam cognovisse tanquam futuram uxorem, non libidinis ergo, cum actus dubius ita interpretandus sit, ut evitetur delictum *l. merito. §. ff. pro. soc.* cumque nemo censeatur jactare bona sua. Non certè aliud præsumendum de virgine, quippe quæ non præsumitur stupratori concessisse florem virginittatis decerpere, nisi fidem ipsi de matrimonio dedisset. *Beust. d. l.* Dissentit tamen Carpzov. *in jurispr. Constit. l. 3. tit. 4. def. 47. num. 15. seqq.* Quod tamen ipse limitat si unà cum stupri confessione contra reum alia adhuc concurrant indicia verisimilia & præsumtiones *Id. d. l. def. 48. per. tot.*

QVATENVS IN CAUSA DV BIA JVRETVR IN LITEM.

S V M M A R I A.

- CLVI. *Jusjurandum in litem locum habet, quando verum pretium aliter, quam hoc modò constitui nequit.* CLVII. *De quibus rebus juretur.* CLIX. *In quam summam judex condemnare possit.* CLIX. *Num à sententia, quam hoc jusjurandum sequitur, appellari possit?* CLX. *Cuinam hoc jusjurandum defe-*

deferatur. CLXI. Contra quem juretur. CLXII. In quibus actionibus juretur in litem.

THES. CLVI.

Iam ordo postulat, ut, quatenus in causa dubia locum habeat jusjurandum in litem, quod est litis æstimatio, facta cum obtestatione divina. *l. i. ff. C. b. breviter agam.* Id quod deferretur tunc demum, quando verum pretium aliter quam jurejurando constituti non potest, quod incerta sit earum æstimatio ac dubia. Donell. 26. *Comm. 9.* super nummis enim depositis jusjurandum hoc deferri nequit, quod certa sit & indubitata earum æstimatio, *l. 3. ff. b. t. confer. l. 3. ff. de eo quod cert. loc. l. i. ff. de contrah. emt.* Idem sentiendum est de usuris, quæ ob moram accedunt. *l. 32. §. 2. ff. d. usur. l. 2. C. depos.* hæ enim, quamvis ratione temporis currentis incertæ sint atque dubiæ, *l. 75. §. 9. ff. d. V. O.* tamen ratione temporis præteriti certæ exprimuntur, in sententia. *l. 59. §. 9. ff. d. re judic. §. 32. l. d. att.* ut proinde nihil sit, quod incertam ac dubiam habeat æstimationem propter quam jurejurandò in litem opus sit. Vid. tamen Mejer. *Decad. 4. Endox. cap. 2.*

Th. CLVII. Juratur tum de rebus mobilibus. *l. 48. §. 1. ff. locat.* ut mancipiis, *l. 5. §. ult. b. instrumentis. l. 10. ff. l. i. 2. 4. C. b. nummis. d. l. 3. b.* tum de immobilibus *l. 2. l. 5. ff. b. t. l. 68. ff. d. R. V. l. 15. §. 9. ff. quod vi aut clam,* ut fundo *l. 15. §. 9. l. 41. §. 1. ff. d. re judic.* tum incorporalibus *l. 7. ff. si serv. vindicetur.* Modo incerta sit earum æstimatio ac dubia.

Th. CLVIII. Cæterum iudex, qui solus defert hoc juramentum. *l. 4. §. 1. ff. b. t.* sive sit ordinarius, sive delegatus, sive arbiter, Serier. *5. d. juram. 3. n. 2.* præcisè tenetur stare summæ, de qua juratum fuit. Non enim in aliam summam aliquem condemnet, quam in quam juratum fuit. *l. 4. §. 3. b. t. l. 68. ff. d. R. V.* Vnde frequentissimus dicendi modus, quod tanti condemnnetur reus, quanti actor in litem juraverit *l. 1. 2. 8. pen. ff. b. t. l. 3. C. cod. l. 18. pr. ff. de dol. mal. l. 68. ff. d. R. V.* Si tamen causam habeat iudex, quamobrem à qualitate jurejurando definita recedendum esse

esse existimet, poterit vel in minorem quantitatem reum condemnare, vel etiam prorsus absolvere. *l. 4. §. 3. l. 5. §. 2. ff. h. t.* Veluti si post jusjurandum præstitum liquidæ probationes emergant, quibus reus se à dolo & causa delationis purget, atque sic causam antea quidem dubiam reddat ex post facto satis liquidam. *d. l. 4. §. 3. b. Besold. Diss. 4. de juram. th. 9.* doceatque judicem in principali quæstione pro actore dedisse sententiam ideo, quòd falsis instrumentis vel testimonis deceptus esset. Cùm enim ob hanc causam retractetur etiam res judicata. *r. t. C. si ex fals. instrum. l. 75. ff. d. judic. & transactio. l. 19. §. 42. C. d. transact. & jusjurandum litis decisorium. l. 31. ff. de jurejur.* quidni & hoc jusjurandum exorbitans? ut adeò ea de causa etiam de perjurio actoris quæri posse videatur. *l. ult. h. ibi: non facile.*

Th. CLIX. De sententia, quam hoc jusjurandum sequitur, quæritur, an ab ea possit appellari? Quod cum Seraphino affirmant Scaccia *d. appellat. q. 17. limit. 34. n. 7.* Treutler. *1. Diss. 21. th. ult. in f.* ideo, quòd generalis definitio sit, quòd ab omni definitiva appellari possit. Ergo etiam ab ea, quæ post delationem & præstationem jurisjurandi secuta est. Beuther. *d. appellat. c. 5. p. 32. C. A. d. appell. recip. vel non. th. 3. n. 3. §. 13.* Deinde, quòd juramentum retractari queat, ab eo etiam posse appellari. Carpzov. *t. Constit. 15. def. 8.* at juramentum in litem præstitum retractari posse. *Id. d. l. d. f. q. n. ult.* Ergo ab eo, licet sententia firmatò, etiam posse appellari.

Th. CLX. Denique defertur hoc jusjurandum actori. *l. 2. §. 1. l. 8. in f. l. 10. ff. h. b.* qui & voluntatem & facultatem sive potestatem jurandi habet, non verò procuratori, quamvis per litis contestationem dominus litis fuerit effectus. *l. 22. §. seq. C. de procurat.* idque de Jure Civili tantùm, teste Bonell. *16. commentar. 7. in pr.* ratio est, quia non suò sed alienò nomine litem contestatur procurator, deinde quia aliàs quoque religioni jurisjurandi in universum adverteatur, ut per alium præstetur. *l. 21. §. pen. ff. de noxal. act. l. 12. §. 4. C. de reb. cred.* de Jure enim Canonico & Praxi aliud obrinet vid. *cap. 1. 3. 4. pen. §. ult. X. de juram. calumn.* Gail. in *Lib. de pignor. observ. 18. num. 1. ibi: Für sich selbst oder seinen Vollmáchtigen Anwalt.*

K

Th. CLXI.

Th. CLXI. Contra reum ita juratur, qui restituere jussus non restituit ex dolo aut lata culpa. l. 1. § 10. ff. b. t. vid. l. 8. ff. b. t. l. 4. § 5. C. cod. Num verò hæc juris dispositio ad solum reum laicum restringenda sit, an verò etiam ad clericum extendi possit tractat Ummius *Diff.* 20. n. 11.

Th. CLXII. In actionibus in rem, & actionibus ad exhibendum, & bonæ fidei judiciis, si quid dubium sit, in litem quidem juratur. l. 5. ff. b. t. vid. etiam l. 46. l. 68. ff. de R. V. l. 3. §. 2. ff. commodat. l. 1. §. 26. ff. de pos. At in stricti juris actionibus non item l. 6. ff. b. vid. tamen l. 5. §. ult. cod.

DE

DVBIA SENTENTIA.

S V M M A R I A.

CLXIII. *Quidnam in sententia sit respiciendum.* CLXIV. *Quid non attendendum in sententia.* CLXV. *Quid si aliquid iniquitatis contineat sententia?* CLXVI. *Sententia majoris & sanioris partis dicitur prevalere.* CLXVII. *Sententia semper præsumitur justè & legitime lata.*

THE. CLXIII.

FACTA probatione, sequitur sententia judicis. Si igitur hujus verba ambigua sint, interpretationem accipiant ex libello & petitione, cui conformis esse debet sententia l. 38. ff. d. R. V. l. 32. ff. de pœn. si enim conformitas hæc desit, rejicienda, tanquam ipsò jure nulla, cum insanabili vitio laboret. Menoch. *Consil.* 345. n. 32. vol. 12. neque judici competat, de his quæ in judicium deducta non sunt, judicare. l. 18. ff. commun. divid. neque extra interrogata respondere. l. 11. §. 5. ff. de interrog. in jur. fac. & interrog. act. cum impertiatur officium suum non imploratus, quod fieri non debet. l. 4. §. hoc autem. ff. de damn. infest. Non verò solum videndum an libello conformis sit sententia, sed etiam an actis & probationibus, nam & his debet respondere, cum hæc tria, libellus, probatio & sententia ad hanc conformitatem requirantur, aliàs

aliàs reus absolvitur. Bald. in l. 1. in f. C. si plures. unâ sentent. fuer. condemnat.

Th. CLXIV. Quòd si verò idem sermo duas sententias exprimat, ea potissimum arripienda, quæ rei gerendæ mentique judicantis est convenientior. l. 67. ff. de R. I. ideoque verba inepta non attenduntur, quia hæc non possunt immutare naturam iudicii & rei: verba enim sententiæ adaptentur negotio, & negotium sententiæ. Hinc si Judex in sententia interlocutoria dicat, se definitivè pronunciare, non attenduntur verba contra veritatem. Ancharan. Consil. 78. incip. ex verbis sententiæ per tot. Idque procedit, etiam si verba sint improprianda. Bald. in l. 19. C. de fideicommiss.

Th. CLXV. Sin autem ejusmodi sententia nobis obvieniatur, quæ, quocumque accipiatur modò, suas habet rationes, & tamen nonnihil iniquitatis in se complectitur, tutius & melius est, id eligere, quod minus habet iniquitatis: in perplexis enim rebus media via est eligenda. §. f. I. quib. manumitt. non licet. §. cum ex aliena. 25. l. de R. D. l. 7. ff. ut legat. nom. cas.

Th. CLXVI. Sententia etiam, quæ numerò vincit, eadem rationis pondere superior existimatur. cap. 1. X. de his que sunt à major. l. 19. ff. ad municipal. l. 160. §. 1. ff. de R. I. l. 45. C. de Decur. siquidem sententia majoris & sanioris partis dicitur prævalere. cap. 2. X. de renunciar. Vid. pluribus Farinac. Dec. 451. n. 11. si q.

Th. CLXVII. Tandem sententia semper præsumitur justè & legitimè lata, donec probetur contrarium, c. 13. X. de re judic. c. 6. X. de renunciar. tam quoad processum, quam quoad iudicium, nec propterea iudex debet esse facilis audiendo partem contra illam. Quod cum primis verum est de sententia, quæ transit in rem iudicatam. l. 63. §. 1. ff. de evict. cap. 19. X. de restit. spol. c. 16. de re judic. res enim iudicata pro veritate habetur. l. 36. fam. crevis. l. 25. de stat. bom. l. 207. ff. de R. I. & præsupponit, omnia ritè ac solemniter esse acta & celebrata in iudicio. l. 1. C. de præd. & aliis reb. minor. l. 12. C. de pact. c. 6. X. de renunciar. Menoch. d. A. I. Q. l. 2. cent. 1. cas. 4. num. 6. seqq. Equidem de dubia sententia plura essent dicenda, verum ea commodiori temporis, & si Deus voluerit, peculiari Dissertationi reserabo, hæc pedem figens.

SIT SOLI DEO GLORIA!

IVVAT EMTA LABORE
 GLORIA.
 NEC QVISQVAM ERVITVR. VERIS ODORIBVS
 HYBLAEIS LATEBRIS NEC SPOLIAT FAVOS
 SI FRONTI CAVEAT, SI TIMEAT RVBOS.
 ARMANT SPINA ROSAS, MELLA TEGVNT APES.
 ARNOLDVS NOSTER
 HIC VIVVM SISTIT EXEMPLVM
 LABORIS INDEFESSI
 GLORIAE HAVD TEMNENDAE
 DVBIAM HACTENVS LAVRVVM
 CERTAM REDDIT
 CAUSA DVBIA.
 MVLTIS DOCTE PRAESTITIS
 TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM
 LIPSIAE ET IN NOSTRA ACADEMIA
 LABOR PRAESENS VLTIMVM ADDIT PVNCTVM.
 MVLTVM TIBI DEBET RESPVBLICA
 INTRICATAM HANC REM
 TAM PERSPICVE TAM DOCTE ELVCIDANTI.
 GRATANTVR BONI
 SIBI BONVM
 GRATANTVR CIVES
 SIBI CIVEM.
 ET EGO ME ACCINGO,
 LAVRVVM AMOENAM MYRTHO
 MOX INTEXTAM
 PVRA MENTE CONGRATVLARI

P R A E S E S.

Jena, Diss., 1693 M/2




P
86.

VD 17
VON 1800 bis 1820
1818







B.I.G.

Farbkarte #13

1693,20^b
5

C. D.
DE

CAUSIS DVBIIS

Von

Zweifelhaften Fällen

PRÆSIDE

THOMAS MÜLLERO, JCTO
PROFESSOR LIARIO SAXONICO, ANTECESSORE
COLLEGIHQVE JVRIDICI DECANO
IN AVDITORIO JCTORVM

AD D. XIX. JANVAR. M DC XCHL

disputabit

HANNES LIBORIVS Arnold/
LVZENA-MISNICVS.

JENÆ,

Typis PAULI EHRRICHL. 1705.

